sf. 2445



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

00043997

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQUITATES SELECTÆ CELTICÆ
ET
SEPTENTRIONALES.

Google

ANTIQVITATES SELECTAE SEPTENTRIONALES ET CELTICAE

QVIBVS

PLVRIMA LOCA CONCILIORVM ET CAPITVLARIVM EXPLANANTVR, DOGMATA THEOLOGIAE ETHNICAE CELTARVM GENTIVMQVE SEPTENTRIONALIVM CVM MORIBVS ET INSTITVTIS MAIORVM NOSTRORVM CIRCA IDOLA, ARAS, ORACVLA, TEMPLA, LVCOS, SACERDOTES, REGVM ELECTIONES, COMITIA ET MONVMENTA SEPVLCHRALIA

VNA

CVM RELIQVIIS GENTILISMI IN COETIBVS CHRISTIANORVM

EX MONVMENTIS POTISSIMVM HACTENVS INEDITIS FVSE PERQVIRVNTVR.

CVM FIGVRIS AERI INCISIS.

AVTORE

IOH. GEORGIO KEYSLER
SOCIETATIS REGIAE LONDINENSIS SOCIO.

HANNOVERAE
SVMTIBVS NICOLAI FOERSTERI
BIBLIOPOLAE AVLICI SACRAE REGIAE MAIESTATIS BRITANNICAE

MDCCXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO
DE
VSV ET PRAESTANTIA
STVDII ANTIQVITATVM PATRIARVM.

SI fides habenda trito proverbio, *vino vendibili non opus esse ſuſpenſâ hederâ*, ſiniſtrum procul dubio omen erit, de utilitate operis, quod tractamus, in limine velle præfari. Verùm, quemadmodum utilitas ex libris redundans ſuos habet gradus, ita non omnium præſtantia pari facilitate in oculos Lectorum incurrit. Non carent voluptate ſuâ atque utilitate, qui in magnatum ædibus

Digitized by Google

ſtruuntur arcani receſſus, obiter inſpicientem plerumque effugientes. Ut taceam, eam multorum eſſe mentem, ut arroganti ſupercilio cuncta deſpiciant, quibus aut ipſi a teneris non fuere imbuti, aut quæ de pane, ut ajunt, lucrando non vident eſſe. Ea tamen eſt Muſarum ſuavis ac concors ſocietas, ut vim inferat, qui Actionibus finium regundorum diſſidiorum ſemina ſpargere ſcientiasque a ſcientiis velit disjungere. Veritas eſt unica, (*Eccleſiaſtic. c. 1.*) quemadmodum eadem ſemper ratio linearum rectarum. Prudentiæ item humanæ (quæ ſcopus debet eſſe ſtudiorum noſtrorum) tam late patent termini, ut abſonum foret, vel minimam occaſionem

nem ac viam ad eam perveniendi, negligere. Non miror, iis ſeculis, quibus e re Pontificis & imperantis Cleri erat, ut mortalium mentes denſiſſimis tenebris immerſæ facilius perferrent jugum, quod alias videbantur excuſſuræ, cum fucum ignorantiæ fuiſſe prætenſum, ut unum hominem vix uni ſcientiæ prædicarent ſufficere, & nihil in toto valere, qui in omnibus aliquid feciſſet periculi. Deerat enim diſcendi cupidis tum docentium fides & eruditio, tum librorum copia, nondum inventis artis Typographicæ myſteriis. Duo jam ſunt ſecula & quod excurrit, quibus mutata ſcena ceſſare debent invidæ illæ voces aliamque perſonam agere, qui eruditorum elo-

Digitized by Google

gio cupiunt mactari. Animo Tibi finge purum putum, ut ajunt, Legulejum, Senatus consulta, Plebiscita, servitutes &c. undique crepantem, sed Philosophiæ Moralis, Juris Naturalis, Antiquitatum Romanarum æque ac patriarum imperitum, & nescio quid non Phantasmatis effinges, quod forte Principi infestis hostium signis oppresso Actionem Legis Aquiliæ suadere non erubescat, uti a Celeberrimo quodam Jureconsulto factum non ignoramus. Præterea Prudentia nihil aliud est, quam accuratior præteritorum cognitio præsentibus negotiis qua par est industria applicata, cum nihil novi sub sole accidere asserat *Eccles. c. 1.* Ea vero præteritorum cognitio aut potius

tius experientia duplex eſt, vel propria vel aliena. Illam difficulter & multis ſæpe diſcriminibus vix comparabimus, hanc tutius vel virorum exempla & inſtructio vel majorum noſtrorum res geſtæ ſuppeditabunt. Quis inde non videt, egregium medium in interiores prudentiæ receſſus penetrandi iis denegari, quibus Antiquariæ rei ſtudium diſſuadetur? Equidem nondum in animum inducere potuimus, ut omnium Antiquitatum æque cauſam ageremus. Sunt enim multorum Imperiorum fata regionesque a noſtris adeo diſcrepantes, ut ſcrupuloſior Antiquitatum illarum indagatio aut nullum prorſus emolumentum præſtet, aut illud ſolum, ut ob-

Digitized by Google

ſcurioribus veterum quorundam ſcriptorum locis lux aliqua affundatur. De domeſticis & patriis nobis ſermo eſt. Conſtat enim inter omnes, eas mutationes & periodos, quas Imperia noſtra ſubiere, neque tam repente obveniſſe, neque adeo rerum faciem commutaſſe, quin luculenta antiquiſſimi ſtatus veſtigia paſſim ſuperſint, absque quorum cognitione non poſſunt non cœcutire, qui noviora penitius inſpicere cupiunt. Legum noſtrarum conſuetudinumque plurimæ ex iis fontibus dimanant. In earum explicatione vocabula non raro offendes, quorum ſignificatio partim obſcura eſt, partim a noſtris idiomatibus plane abhorret, neque aliunde haurienda,

Digitized by Google

da, quam ex ipſarum rerum morumque notitia. Illud autem quidquid ſit ſtudii non ad inanes logomachias aut verborum tricas referendum eſſe, ii norunt, quibus Auguſtarum familiarum incunabula & incrementa exponenda, aut Principum jura multoties pretioſiſſima publicis ſcriptis aſſerenda ſunt. Horum quidquid potuimus præſenti libello præſtare tentavimus, qui præter voluptatem, quam patriæ amans ex majorum Theologia & dogmatibus percipit, illud etiam efficiet, ut majores grates Deo T. O. M. perſolvamus pro depulſis errorum tenebris & luce Evangelii terris noſtris illata. Origines ſimul ac fontes multarum conſuetudinum ac ſu-

perſtitionum pandemus, pluraque, quæ ad Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Conciliorum inprimis notitiam pertinent, qua par eſt cura perſcrutabimur. Celtarum nomine latius ſumto appellamus eas Europæ gentes, quæ ad occidentem ſolem vergunt, Luſitaniamque, Hiſpaniam ac Gallias incolebant. Septentrionalium appellatione nobis veniunt præter Germanos Dani, Sueci, Norwegi, Islandi &c. Mediis velut partibus adſcribimus Magnæ Britanniæ inſulas. Vale Lector Benevole, ſtudiisque noſtris fave.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMA CAPITA OPVSCVLORVM HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

I. MONVMENTVM SALISBVRIENSE, VVLGO STONE-HENGE, ILLVSTRATVM.

SECTIONIS I.

CAP. I.

Descriptio Monumenti Salisburiensis similiumque quæ in Germania terrisque Arctois cernuntur.

§. I. *Descriptio Monumenti Salisburiensis* p. 1 sq.
§. II. *Ejusmodi monumenta in aliis etiam regionibus exstant* 5
§. III. *Ut in Westphalia & Frisia Orientali* 5
§. IV. *In ditionibus Augustæ Domus Brunsuicensis* 8
§. V. *In Tractu Megapolitano & Holsatia* 9
§. VI. *In Marchia Brandenburgica* 10
§. VII. *In Ducatu Magdeburgico* 10
§. VIII. *In Principatu Anhaltino* 10
§. IX. *In terris septentrionalibus* 10
§. X. *Alia etiam in ipsis Magnæ Britanniæ insulis* 11

CAP. II.

Saxis quidem a veteribus Celtis atque Septentrionalibus populis divinum cultum fuisse exhibitum, eum autem ad nostra monumenta non pertinere.

§. I. *Ordo dicendorum* 12
§. II. *Majores nostri saxis & lapidibus divinum cultum exhibebant* 13. *teste Concilio Nannetense*

netenſe 13. Arelatenſi 12. Capitulari incerto Caroli M. 15. Concilio Turonenſi 15. Toletano XII. & XVI. 15. Rotomagenſi 16. Capitul. Aquisgranenſ. 16. Legibus Anglicis 17. Suecicis & Gothicis 18. unde mirandum, neminem adhuc recentiorum eam ſuperſtitionem adnotaſſe 18. (candelarum uſus & abuſus in ſacris 14)

§. III. *Ratio illius inſtituti 19. (De Edda Islandorum 19)*

§. IV. *Quod adeo invaluerat, ut oracula etiam a ſaxis edi crederent 21. In Norvegia 21. In Britannicis inſulis 23. De lapide Scotorum ſingularia 23. (Artes & technæ Druidum 24.) ex Manuſcripto Bibliothecæ Bodlejanæ 29*

§. V. *Quæ tamen ad noſtra monumenta non pertinent 33. (Not. De Fatis, Gallice Fées 33. De Euardis 34. Uſus linguæ hibernicæ in Etymologiis Celticis 36. De Druidum nomine 36. De Hercule Ogmio p. 38. De Baronum adpellatione 40)*

CAP. III.

Probat monumenta hæc ararum numero non eſſe habenda.

§. I. *Nonnulli inter aras veterum hæc monumenta numerarunt 41*

§. II. *De aris veterum Germanorum 42*

§. III. *Diſcrepantia ararum a monumentis noſtris 46*

§. IV. *In eo etiam, quod nulli putei unquam in hiſce locis fuiſſe videntur. De puteo Summi templi Argentoratenſis 48*

§. V.

Digitized by Google

§. V. *Gentiles tamen varias superstitiones super petras exercebant* 49. *(De indiculo superstitionum Liptinensi Concilio subjuncto* 49)

CAP. IV.

Monumentum Salisburiense neque templum fuisse neque aut a Romanis aut Britannis exstructum.

§. I. *Quidam Salisburiense Monumentum pro templo venditarunt* 50
§. II. *Rationes, quæ nonnullos compulerunt, ut illud crederent Romanorum opus* 51
§. III. *Refutatio illarum rationum* 52
§. IV. *Eorundem rationes, quibus templum fuisse contendunt, refutantur* 55
§. V. *Unde collabitur Jonæ sententia, hoc templum Cælo fuisse sacrum* 58
§. VI. *Quidam Druidum templum crediderunt* 58
§. VII. *Majores nostri nulla templa habebant* 59. *& sacra peragebant in lucis* 60. *(de cruore victimarum arboribus, idolis & circumstantibus adsperso* 61. *conf. indicem rerum.)*
§. VIII. *Quercum præ cæteris colebant* 65. *Quercus prægrandes Prussicæ* 66. *Sacrificiorum cruore conspicuæ* 67. *Christianorum superstitio* 67
§. IX. *Nomen lucorum & reliquiæ ejus in monasteriorum denominationibus* 68
§. X. *Cultus arborum severis legibus prohibitus* 70. *(De arboribus sacrivis* 72.) *De sacris Nimidarum emendatio* 73. *Quid sit Frithsplottum and on ellenum* 75
§. XI. *Hæ superstitiones diu remanserunt in sæcularibus*

Digitized by Google

laribus negotiis 76. Comitia in lucis 77
conventus ſub quercu 78
§. XII. Reſpondetur ad objectiones de Templo Herthæ & Tanfanæ p. 80. Salisburienſem molem neque inter templa ſubſecutis temporibus exſtructa referenda eſſe 81
§. XIII. Britannos veteres ante adventum Romanorum non conſtruxiſſe Monumentum Salisburienſe 81. Barbaries veterum Britannorum 82
§. XIV. Quæ probat etiam Monumentum Salisburienſe non fuiſſe ſepulchrum Boadiciæ Reginæ 84
§. XV. Alia quæ probant, hæc monumenta non fuiſſe Druidum templa 84

CAP. V.

Lapidum prægrandium in Comitiis & Regum electionibus uſus, ad noſtra tamen Monumenta non pertinens.

§. I. Conventus publici ſub dio 85. De Maicampo, campo Madio & Martio 87
§. II. Superſtitiones ex Maicampi obſervatione enatæ. Origo fabulæ de ſagarum conventu in monte Bructerorum 88. De ſagarum itinere per aëra, von Hexenfahren, Bockholen 89
§. III. Collium & ſaxorum uſus in Comitiis 92
§. IV. Et regum electionibus 93. Rationes eorum, qui loca comitiis deſtinata interpretantur monumenta noſtra 95. (De Trophæis 94)
§. V. Refutantur 95

SECTIO-

Digitized by Google

SECTIONIS II.

CAP. I.

Lapides noſtros fuiſſe Monumenta ſepulchralia probatur (1) ex populorum a majoribus devoluta traditione, (2) veterum Scriptorum teſtimoniis, (3) urnis aliisque rebus inde erutis.

§. I. *Connexio cum Sectione I.* 97
§. II. *Apotheoſis veterum, imprimis majorum noſtrorum* 98
§. III. *Inter alia occaſionem dedit monumentis ſepulchralibus Bautaſteena dictis* 99. *& Seierſtena* 100
§. IV. *De traditione incolarum* 101
§. V. *De lectis Huynorum, Huynen-betten, Reuſen-betten* 102
§. VI. *De collibus ſepulchralibus* 103. *Welſeri & Munſteri errores* 105. *De Monumento Eichelſtein* 106
§. VII. *De tumulis navali prælio cæſorum* 107
§. VIII. *Tumulorum diſtinctio a ſepulchris Chriſtianorum* 108
§. IX. *De urnis aliisque rebus ſub monumentis ſaxeis repertis* 109
§. X. *Catalogus Scriptorum de urnis Germanicis* 110

CAP. II.

De cauſis, quæ majores noſtros impulerunt, ut ſimul cum defunctorum cadaveribus bellicam æque ac domeſticam ſupellectilem, equos, nummos aliaque conderent. Dogmata majorum noſtrarum de ſtatu animarum poſt mortem explanantur.

Digitized by Google

§. I. *Majores noſtri pretioſiora, quæ defunctis chara fuerant, tumulis eorum inferebant* 114
§. II. *Alii transmigrationem animarum ſtatuebant, alii ſine hac animarum ſedes poſt mortem credebant. De Metempſychoſi &c.* 116
§. III. *Qui Metempſychoſin non ſtatuebant, duplices faciebant ſedes animarum, alias ante crepuſculum Deorum, alias poſt illud. Quid ſit Ragnarockur vel crepuſculum Deorum* 118. *Sedes juſtorum & injuſtorum poſt Ragnarockur* 121. *Gimle quid ſit* 122
§. IV. *Tormenta injuſtorum poſt crepuſculum Deorum in Naſtrandis* 125
§. V. *De ſtatu animarum ſtatim poſt obitum hominum. De Valhalla felici ſede bello peremptorum* 127
§. VI. *De contemptu mortis majoribus noſtris familiari* 128. *(Græcorum Romanorumque mendacia de majoribus noſtris* 132*)*
§. VII. *In Valhalla præſidebat Odinus, belli cæſorumque ſummus Deus* 133
§. VIII. *Quem ideo Martem interpretati ſunt Romani & Eſum appellavere* 139
§. IX. *Ipſe Odinus exemplo ſuis præire neque incruenta morte ad Valhallam venire voluit* 141
§. X. *Voluntaria morte perempti Valhallæ gaudiis etiam perfruebantur* 144. *Servi* 146. *uxores* 147. *poſtmodum etiam nolentes* 148
§. XI. *Deliciæ Valhallæ. Odinus ſolus vinum bibit* 149. *(Etymologia vocis Hexe* 149.*) Reliqui optimam cereviſiam* 150. *Einheriar & Monoheroes quinam?* 151

§. XII

§. XII. *Valkyriæ virgines potum miniſtrant* 152. *(De Paradiſo Mahomedis* 152)

§. XIII. *Bibebant ex cornibus aut craniis hoſtium occiſorum* 154

§. XIV. *Odino etiam ſacrificium fiebat cereviſia* 155

§. XV. *Cibus Einheriarum lardum apri* 156. *Caro ſuilla & pernæ veterum deliciæ* 156. *Apri & verris honor apud majores noſtros* 157. *De feſto Jolenſi & verre Julio* 159. *Conjectura de ſimulacro de conſperſa farina* 160

§. XVI. *Exercitia bellica Monoheroum* 161

§. XVII. *Patet inde, cur arma aliaque una cum defunctis fuerint ſepulta. Et primo quidem gladius; ejus honor & ſanctitas* 163. *Juramenta ſuper gladios* 164. *Reliquiæ hujus moris ibid. (Carnifices olim nulla plane macula notati* 166)

§. XVIII. *Equi cur conſepulti* 168

§. XIX. *Defuncti calceis induti* 169. *Calcei ex corio facti olim rariſſimi* 170

§. XX. *Pretioſa ſupellex cur ſimul ſepulta* 172. *Abuſus Symbolorum SS. Euchariſtiæ* 174. *pecunia ſub humeris & genibus repoſita* 175. *pecunia in terram abſcondita & defoſſa etiam ad Valhallam perveniebat* 175. *ignibus cuſtodiebatur, ibid. Inde fabulæ aniles de theſauris ardentibus* 176

§. XXI. *Reliqua dogmata majorum de vita futura* 178. *De Dea Hela, a qua Germanorum vox Hölle, quæ infernum notat, deſcendit* 180

CAP. III.

De Herculis columnis in Septentrione, item de Hercule Maguſano & Saxano.

§. I. *Tacitus memorat Herculis columnas in Septentrione* 183. *(De Hercule Celtico & Alemannico* 184. 185)

§. II. *Qua ratione Romani Herculis columnas in Septentrione quæſiverint* 188

§. III. IV. *De Hercule Saxano* 190 *(De Monumentis Clivenſibus* 191.) *De Hercule in petra* 195

§. V. *De Thorone Saxano* 196 *(De Malleo Thoronis* 196. *De Hercule Maguſano* 199)

§. VI. *Alia conjectura de Hercule Saxano & Odino Saxonico* 201

CAP. IV.

Saxa Salisburienſia non eſſe monumentum ſepulchrale Vortigerni & ſociorum ab Hengiſto occiſorum, neque Ambroſii 202

CAP. V.

De ſacrificiis & oblationibus ad ſepulchra factis.

§. I. *Sacrificabant ad ſepulchra* 205. *Martyrumque etiam tumulis compotatione credebant honorem exhiberi* 206

CAP. VI.

De Autoribus ſtupendorum horum operum & qua ratione fuerint congeſta. Gigantes ea non condidiſſe.

§. I

§. I. *Monumenta hæc a gigantibus non fuisse exstructa, quod multi tamen asserunt* 207

§. II. III. *Manuscriptum Bibliothecæ Oxoniensis de origine gigantum in Britannia* 209

§. IV. *Gentes giganteas nunquam exstitisse* 216

§. V. *Septentrionales tamen olim & viribus & corpore majores erant* 220

§. VI. *Rationes decrescentis staturæ incolarum Septentrionis* 222. *Præmatura Venus* 223. *Nutrimentorum mutatio* 224. *Quies & rarior exercitatio. ibid. educatio arctioribus limitibus circumscripta. ibid. studia* 224. *Mundities ibid. vinum* 224. *aromata* 225

§. VII. *Non gigantes sed incolas harum terrarum ordinariæ staturæ monumenta hæc exstruxisse* 225

CAP. VII.

Attingitur sententia eorum, qui opera diabolica interpretantur, antediluviana item, rudera diluvii, & constructa saxis arte effectis.

§. I. *Quidam moles has cacodæmoni tribuunt* 228

§. II. *alii rudera diluviana credunt, itemque alii opera antediluviana* 229

§. III. *Alii lapides eorum arte effectos* 229

CAP. VIII.

Anglo-Saxones fuisse conditores monumenti Salisburiensis, cæterorum Frisones &c. 230

Digitized by Google

II. EXERCITATIO DE DEA NEHALLENNIA CVM CONSPECTV OPERIS EDENDI DE GERMANIA VETERI GENTILI.

§. I. *Instituti ratio* 236
§. II. *Historia monumentorum, quæ mentionem faciunt hujus Deæ* 236
§. III. *seq. Descriptio eorum tum editorum, tum hactenus ineditorum* 238
§. XXV. *Ridendus Pontificiorum error circa hæc monumenta, quibus Mariam Virginem sisti credebant. Notata quorundam vel pia fraus vel ignorantia in explicandis veterum Inscriptionibus* 250
§. XXVI. *Etymologia Hebraica Nehalenniæ refellitur* 251
§. XXVII. *seq. Origines Græcæ* 253
§. XXIX. *Nonnullæ Germanicæ* 255
§. XXX. *Latina* 256
§. XXXI. *seq. Alia Boxhornii Germanica refutatur 256. Lydii item* 258
§. XXXIII. *De Dæmonibus aquatilibus veterum Septentrionalium, Nehen, Nicken &c. dictis* 259
§. XXXIV. *Etymologia vocis Nehæ* 263
§. XXXV. *Inscriptio Neham memorans* 265
§. XXXVI. *De Matronis Asericinehabus* 267
§. XXXVII. *De Matronis Hamanehis* 269
§. XXXVIII. *De Matronis Vacalinehis* 271
§. XXXIX. *De Matronis Romanehis* 273
§. XL. *De Matribus* 274
§. XLI. *De Lehereuno Deo* 275

§. XLII.

Digitized by Google

§. XLII. *De Matronis veterum* 276
§. XLIII. *ſeq. Monſtratur Nehalenniam ad Nehas pertinere & numen Topicum fuiſſe Walachrorum* 276
§. XLV. *ſeq. De negotiatione cretaria. De Creta Britannica* 280
§. XLVII. *Britanniam velut novum orbem conſiderabant veteres* 285
§. XLVIII. *Dubium ſolvitur de literis & verbis latinis in Inſcriptionibus Deæ Germanorum ſacris* 286
§. XLIX. *Voces Ambacti & Liffionis explicantur* 288
§. L. *ſeq. De templo Nehalenniæ & ejus deſtructione* 290
§. LII. *ſeq. De templis gentilium deſtruendis* 292

CONSPECTVS OPERIS DE DIIS MAJORVM NOSTRORVM.

Lib. I. *De Diis Univerſalibus* 297
Lib. II. *De Diis Topicis* 298
Lib. III. *De ſacerdotibus, computo, ſacrificiis, ſuperſtitionibusque reliquis eorum* 300

III. DE VISCO DRVIDVM DISSERTATIO AD D. JAC. DOVGLAS.

Superſtitiones Majorum noſtrorum circa viſcum 304. Ejus rei veſtigia hodienum habentur tum in Gallia tum Germania ſuperiore. Explicatio adclamationis Gallicæ au guy l'an neuf 305. Verum nomen vetus Germanicum viſci 307. De S. Gunthilde 307. Septentrionalium

Digitized by Google

nalium etiam ſuperſtitiones circa viſcum 309. De arte corpus humanum contra omnem telorum vim obdurandi; de baptismate gentilium 310. Rationes harum ſuperſtitionum ab aliis ſuggeſtæ refutantur, vera adſtruitur 315. Viſci præſtantia in Epilepſia 315. De cultu quercuum 318. Singularia de quercubus nonnullis in terris Mecklenburgicis, & ea quæ in Electoralibus Brunſvico-Luneburgicis ditionibus exſtat 319. De urnis quibusdam & monumentis ſepulchralibus veteris Marchiæ 320.

IV. DISQVISITIONES HISTORICAE.

I. DE INTERDICTO CARNIS EQVINAE ESV.

§. I. *Miramur carnis equinæ eſum apud nos interdictum* 322

§. II. *Ratio prohibitionis non ex legibus Hæbraicis petenda, ſed ex antiquitatibus patriis* 322

§. III. *Equorum uſus tum in auſpiciis & aliis ſuperſtitionibus gentilibus* 323

§. IV. *Tum præcipue in ſacrificiis* 325

§. V. *Poſt ſacrificia peracta commeſſationes celebrabant majores noſtri* 327

§. VI. *Et carnem equinam imprimis in deliciis habebant* 332

§. VII. *Quæ genuina cauſa prohibitionis ejus* 338

§. VIII. *Concluſio de modo præpoſtero, quo uſi ſunt primi converſores in plantanda Eccleſia, quod noſtras attinet terras. Item de illicita perſecutione ob ſacra diverſa* 340

II. DE

Digitized by Google

II. DE COMPOTATIONIBVS SACRIS MAJORVM NOSTRORVM.

§. IX. *Compotationes ſacræ à majoribus noſtris jungebantur ſacrificiis. De Gildis* 349
§. X. *Ordo harum compotationum; conſecrabant pocula circa ignem ſtantes eaque in honorem Deorum atque amicorum evacuabant* 351. *De poculo Bragebechare ſingularia* 352. *De Minnis poculis* 354. *De igne S. Johannis ejusdemque poculo* 356
§. XI. *Has ſuperſtitiones Chriſtiani etiam imitabantur. De Societate Brunſvicenſi Caland-Gilden* 357
§. XII. *pocula majorum noſtrorum erant interdum crania humana* 362
§. XIII. *Utplurimum autem cornua* 364
§. XIV. *Etymologia vocis Hornung, qua Germani menſem Februarium adpellant* 366

V. DISSERTATIO DE MVLIERIBVS FATIDICIS VETERVM CELTARVM GENTIVMQVE SEPTENTRIONALIVM; SPECIATIM DE MATRONIS ET MATRIBVS, DRVIDIBVS FOEMINIS, VOLIS, GENIS, ALIRVNIS; VELLEDA, AVRINIA, GANNA, JETTHA &c. JVRE CVNNAGII RELIQVIISQVE GENTILISMI IN COETIBVS CHRISTIANORVM.

Digitized by Google

§. I. *Differentia inter Nehas & Matres* 371
§. II. *Honos fœmineo ſexui a majoribus noſtris habitus; (illius deterior conditio in nonnullis)* 372
§. III. *Credebantur fatidicæ* 374
§. IV. *Imo nonnunquam inter numina habebantur* 377
§. V. *Hæ adpellabantur Matres familias & Matres, item Matræ* 377
§. VI. VII. *Inſcriptiones Viennenſes de Matribus & Matris* 378
§. VIII. IX. X. XI. XII. *Inſcriptiones Lugdunenſes* 382
§. XIII. *Vaſionenſes* 385
§. XIV. *Monumentum Aquis Sextiis exſtans* 386
§. XV. *Segobrigæ* 387
§. XVI *Warheliæ* 387
§. XVII. *Tordæ* 388
§. XVIII. *In Weſtmorelandia. De Bramenio & Jove Taramo* 389
§. XIX. *Prope Shields* 391
§. XX. *In Epiſcopatu Dunelmenſi* 391
§. XXI. *In Lancaſhire. (de Aſtiferis)* 392
§. XXII. *In Scotia* 393
§. XXIII. *Hæ Matres dicuntur etiam Mair* 394
§. XXIV. *Ratio nominis. De Parcis veterum Septentrionalium, quæ parturientibus etiam opem ferebant* 394
§. XXV. *Quænam ſit Domus Divina: Imperatorum inſana ambitio; ejus initia & progreſſus in Cæſare, Auguſto, Caligula, Nerone, Domitiano, Commodo, Diocletiano, Maximiano &c.* 398

§. XXVI.

Digitized by Google

§. XXVI. *Alia Inſcriptio de Mair* 409
§. XXVII. *De Inſcriptione Auribus dicata. Gentiles ſimulacra & imagines membrorum morbo adfectorum adpendebant ſtatuis Deorum tutelarium, idque ex voto, quod confirmatur exemplo Philiſtinorum. Ille mos ad Chriſtianos etiam translatus* 407
§. XXVIII. *ſeq. Matres in multis lapidibus nominantur Matronæ* 412
§. XXXI. *De Matronis Aſericinehabus, Hamavehis &c.* 414
§. XXXII. *Alius lapis emendatur & ad Matronas refertur* 415
§. XXXIII. *De Junonibus Romanorum* 415
§. XXXIV. *Cur Junones & Matres adpellentur Auguſtæ?* 416
§. XXXV. *Alia marmora de fœminis Celtarum fatidicis. De Virginibus* 419
§. XXXVI. *De Campeſtribus* 419
§. XXXVII. *Romani homines etiam colebant Matres noſtras, a quibus tamen differunt Deæ Matres in Sicilia & Creta* 422
§. XXXVIII. *Speciatim in lapidibus nominantur Matres Aufanæ, Pannoniorum & Delmatarum. (De Diſcubitione)* 423
§. XXXIX. *Quænam ſint Matres Aufanæ; quid ſibi velint voces* Fan & Auen. *Matres etiam Dominæ dicuntur* 426
§. XL. *Aliud monumentum de Matronis Aufaniis agens. (De Januariis)* 426
§. XLI. *De Heris Auſcis* 432
§. XLII. *De Matronis Gabiabus* 433
§. XLIII. *De Matribus Vapthiabus* 453

§. XLIV.

Digitized by Google

§. XLIV. *De Matribus Gallaicis* 436. *& de Matribus Gerudatiabus* 437
§. XLV. *De Deabus Malviſis* 437
§. XLVI. *De Matribus Mopatibus* 439
§. XLVII. *De Matribus Rumæhabus, Arſaicis, &c.* 439
§. XLVIII. *De Matribus Suebis* 440
§. XLIX. *De Matribus Treveris. De præfecto ſalibus & cornicularii. De frequenti Matrum cultu ſub Severi Imperio* 441
§. L. *De Matronis Vediantiabus* 444
§. LI. *De habitaculis Matrum* 445
§. LII. *Non raro etiam Mulieres Druidæ dicuntur* 446
§ LIII. *De Druide Antiſtita Inſcriptio. De ſomniorum interpretationibus. De ſomniis vetularum* 448
§. LIV. *De Volis Septentrionalium* 450
§. LV. *De Senis, Samnitis, Barrigenis, Genis* 450
§. LVI. *De Halirunis. De Duſiis & concubitu dæmonum cum mulieribus. De promiſſa coma mulierum vaticinantium; De Cimbrorum lebete ſacerrimo. De Manzonis* 456
§. LVII. *De nomine Halirunarum. De literis Runicis & incantationibus. Singularia de Lapponum ſacrificiis* 461
§. LVIII. *Inſcriptio Alrunis dicata* 470
§. LIX. *De Velleda in ſpecie. De Bructerorum, Finonum & Marſorum adpellationibus* 472
§. LX. *De nomine & habitatione Velledæ* 476
§. LXI. *De Aurinia* 479
§. LXII. *De Ganna* 479

§. LXIII.

Digitized by Google

§. LXIII. *De nomine Gannæ. Romani ſæpe Germanorum adpellativas voces pro propriis accipiebant, quod confirmatur exemplo montis Tauni. De vocibus kunne, gunda, kon, cunno &c.* 480

§. LXIV. *De Jure Cunnagii & Marchetæ. it.* von Hageſtoltzen-Recht 484

§. LXV. *De fœmina fatidica Jettha* 489

§. LXVI. *De Sifa, Thrudur* 490

§. LXVII. *De reliquiis Gentiliſmi inter Chriſtianos, quod ad hanc attinet materiam. De Sagarum ſuppliciis, oculorum faſcino, tempeſtatibus,* von Criſtall-ſehen, *lactis furto per magicas artes, converſione hominum in lupos;* (Wáhrwölffe) *de collectione herbarum* 490. *ſeq.*

§. LXIIX. *De Ephialte,* Nachtmar, Alpdrucken, Drutdrucken, *de dæmonio meridiano* 497

§. LXIX. *De ſpectris candida veſte indutis.* Von weiſſen Frauen 504

§. LXX. *De Alrunulis magicis,* Von Alrúncken, *Mandragora &c.* 504

VI. DESCRIPTIO VRNAE SEPVLCHRALIS IN AGRO NEILINGENSI VETERIS MARCHIAE MENSE SEPTEMB. MDCC XIX. ERVTAE *pag.* 511

Digitized by Google

INDEX FIGVRARVM AENEARVM.

Fig. I. A. pertinet ad pag. 3.
- - B. - - - ad p. 3.
Fig. II. ad p. 7.
Fig. III. ad p. 9.
Fig. IV. ad p. 9.
Fig. V. ad p. 44.
Fig. VI. ad p. 51.
Fig. VII. ad p. 52.
Fig. VIII. ad p. 136.
Fig. IX. ad p. 138.
Fig. X. ad p. 200.
Fig. XI. ad pag. 201.
Fig. XII. ad p. 239.
Fig. XIII. ad p. 367.
Fig. XIV. ad p. 367.
Fig. XV. ad pag. 394.
Fig. XVI. ad p. 507.
Fig. XVII. ad p. 513.

Digitized by Google

MONVMENTVM
VETVS
ANGLO-SAXONICVM
IN PLANITIE SALISBVRIENSI
VILTONIENSIS PROVINCIAE
VULGO
STONE-HENGE
DICTVM
EX ANTIQVITATIBVS PATRIIS
ILLVSTRATVM.

Digitized by Google

FRANCISCVS DE SERRIS ad Raymundum Goſinum Pariſ. 1518. 21. Jan. Qui hominum Reimpublicam juvare cupiunt, duplici ferme via id efficere videntur. Nam, aut novi quid parturiunt conducibile rebus humanis, aut jam dudum inventa tum vetuſtate tum incuria vel ſepulta vel dehoneſtata inſtaurare invigilant. *conf. Præfat. Celeberr. Chriſtiani Slegelii ad Schediaſma de nummis antiquis Salfeldenſibus, Arnſtadienſibus & Jenenſibus.*

SECTIO-

Digitized by Google



SECTIONIS PRIMÆ

CAPUT I.

Deſcriptio Monumenti Salisburienſis ſimiliumque quæ in Germania terrisque Arctois cernuntur.

§. I.

Deſcriptio Monumenti Salisburienſis vulgo Stonehenge dicti.

INter admiranda veteris ævi opera jure meritoque numeramus ſtupendam molem ſexto milliario Anglico a Salisburia, capite Viltoniæ (Wiltshire) ſitam atque omnium oculos in ſeſe convertentem. Saxa ſunt vaſtæ magnitudinis æquali fere intervallo erecta, transverſim ſuperincumbentibus aliis, rudibus pariter ac impolitis, ea, quam in fodinis habere ſolent, facie. Angli STONE-HENGE appellant ob penſile velut opus transverſim impoſitorum onerum. Nonnulla interius ſpatium occupantia ad 20. pedes altitudine, 7. la-

Digitized by Google

titudine, $3\frac{3}{4}$. profunditate ſurgunt. Saxa hiſce columnis innixa 16. pedes longitudine, $3\frac{3}{4}$. profunditate & $3\frac{1}{4}$ craſſitudine complectuntur. Orientem verſus jacet lapis 16. pedum longitudine, aliorum ruinis prope obrutus. Hanc lapidum ſtructuram cingunt alii latitudine 7. pedum, $3\frac{1}{2}$ profunditate & $15\frac{1}{2}$ altitudine conſpicui, quibus ſimiliter innituntur lapides (*Architraves*) trium & dimidii pedis latitudine, $2\frac{1}{2}$ altitudine, non mole modo cæteris inferiores, ſed in eo etiam diſſimiles, quod, cum illi uno ſaltem apice ex inferioribus columnis prominente contineantur, horum nonnulli onere ſuo nudati oſtendant duos ejusmodi quaſi dentes (quos Itali vocant *Morteſias*, velut Mordeſias a mordendo) ita ut unaquæque columna fulcrum fuerit duorum incumbentium lapidum contiguorum, qui altera ex parte novis columnis ſuſtinebantur, unde non injuria liceat ſuſpicari, hoſce lapides ſuperne in modum coronæ junctos internum opus circumdediſſe. Interjacent paſſim pyramidales columnæ, quæ novam ſeriem conſtituiſſe quibusdam videntur. Magnitudo earum non eadem. Aliæ $1\frac{1}{5}$ pedem latitudine, 1. craſſitudi-

ne

Digitized by Google


Fig. I. a) Prosp
ab Occidentali
ad Cap. I.



Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google

ne & 6. pedes altitudine habent; aliæ 2½. latitudine, 1½. profunditate & 8. pedes altitudine. Cuncta hæc saxa tanta sunt duritie, ut nihil habeant metuendum neque a ferro, neque tempestatum injuria. Extant aliquibus locis vestigia fossæ tanto operi circumductæ. Quæ singula ut penitius intelligantur, operæ pretium erit subjectam Tabulam æri incisam conferre Fig. I. quæ eam structuræ faciem nobis exhibet, qua nostra ætate conspicitur. Neque enim ipsi Anglici Scriptores, qui hac de re memoriæ quidquam prodiderunt, satis inter se conveniunt, cum *Camdenus*,(a) quod altitudinem interiorum Saxorum attinet, sibi ipsi non constet, alio loco 28. pedes altitudinis, alio 24. numerans. Idem tres choreas sive series lapidum exhibet, cum *Ignatius Jonas* (b) quatuor numeret. Ille præterea omnes tres cir-

(a) Descript. Britanniæ in Wiltonia p. 116. seq. editionis, quæ anno 1659. prodiit splendidissima in Theatro Orbis Janssonii, chartâ maximâ.

(b) in opere postumo, cui titulus: The most notable Antiquity of Great Britain vulgarly called Stone-heng on Salisbury Plain, restored by Inigo Jones Esquire, Architect Generall to the late King. London 1655. fol.

Digitized by Google

culari & rotunda forma memorat, hic duas ex quatuor iis, quas ſibi videbatur cernere, hexagonali forma. Ille altitudinem maximorum lapidum 28. vel 24. pedum demonſtrat, hic vix 20. Ut taceam Ignatium Jonam 3. introitus addere, quorum ſinguli 4. lapidibus fere pyramidalibus conſpicui; aram inſuper vel illum lapidem, quem in media area ſupra commonſtravimus; quæ cuncta Camdenus ignorat. Neuter alteri delineandi peritia inferior; doctrina, fides, diligentia utriusque perſpectisſima. Ille ſub Eliſabetha clarus, hic ſub Jacobo I & Carolo I. Britanniæ Regibus magnam Architectonicæ artis famam conſecutus, & ab ipſo Iacobo I. miſſus, ut admirandum iſtud regni opus ſcrutaretur atque dimetiretur. Certum tamen eſt atque unicuique rem coram examinanti ad oculum patebit, *Camdeni* delineationem quam proxime ad verum accedere, atque *Ignatium* bene diſpoſitis Romanorum atque hodiernorum Italorum operibus aſſuetum, ea in re ingenio plus quam par erat indulſiſſe, cujus rei teſtimonium nobis etiam perhibet *Walterus Charleton.* (c) §. II.

(c) Peculiari libello de monumento noſtro com-

§. II. Præclarum hoc eſſe, fatemur, quod Wiltonia oſtentat Antiquitatis monumentum, omnibusque in hoc genere palmam non modo reddere dubiam, ſed omnium judicio plane præripere. Neque tamen proinde exiſtimandum, ſolam eſſe lætiſſimam hanc terram, cujus incolæ tam immani mole poſteritatis ingenia potuerint exercere ac fatigare. Sunt enim ejusdem generis monumenta complura tum in Germania, tum Arctois regionibus a nobis vel ideo hoc loco commemoranda, quod eorum ductu non modo ad primos eorum autores, verum etiam ad genuinum eorum uſum nos perventuros confidimus. *Ejusmodi monumenta in aliis etiam regionibus extant.*

§ III. Primas tenent, quæ in Weſtphaliæ nonnullis tractibus, vicina item Drenthia & Friſiæ Orientalis confiniis extant accu- *Ut in Weſtphalia & Friſia Orientali.*

compoſito, qui inſcribitur: Chorea Gigantum, or the moſt famous antiquity of Great-Britain, vulgarly called Stone-henge, ſtanding on Salisbury Plain, reſtored to the Danes by Walter Charleton Dr. in Phyſic and Phyſician in ordinary to his Majeſty. London 1663. 4to.

Digitized by Google

mulata immanis ponderis ſaxa, quorum acervi longitudine 16. 18. 20. 25. paſſus, & latitudine 4. 5. 6. habent. Minoribus lapidibus ſuperimpoſiti cernuntur alii multo majoris molis, quorumque nonnulli 56. pedes circuitu complectuntur, quidam 40. 36. 30. 20. In regione dicta *Hummeling* Epiſcopatus Monaſterienſis lapis tantæ magnitudinis aliis fertur impoſitus, ut tempore pluviæ tempeſtatisque centum ovium gregi tutum præſtet refugium. (d) In plerisque enim ejusmodi lapidum cumulis, qua ſpectant ad occidentem ſolem, non nulli ita diſpoſiti ſunt, ut portæ ſpeciem præ ſe ferant, levi corporis inclinatione ſubeundam. Tribus fere paſſibus ab hiſce cumulis in longitudinem vergentibus, alia ſeries vel potius corona lapidum pyramidalium æquali ſpatio (duorum ſcilicet paſſuum) inter ſe diſtantium oritur, altitudine 4. 5. 6. pedum, qui quidem maximam partem ab incolis regionis

(d) vid Ioh. Picardti Antiquiteten der Provincien en Landen gelegen tuſſchen de Noord-Zee, de Yſſel, Emſe en Lippe, Amſt. 1660. 4to. qui libellus rarior neque ubivis obvius, c. 5. p. 22. ſeq. conf. Nic. Schaten. Hiſt. Weſtphal. l. 7. p. 487.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



l.c.I. §. 3.

æ in Drenthiâ.

Digitized by Google

Digitized by Google

nis in privatos usus versi, in multis desiderantur, extant tamen in nonnullis Comitatuum Tecklenburgensis & Benthemensis hodienum illæsi. Constat, aliquando 150. militum cohortem per has regiones iter facientem frustra tentasse, ut ejusmodi lapidem loco moveret, teste *Piccardo* l. c. & p. 101. quod tentatum etiam in Monasterienſi tractu Amasino, non meliore quidem successu, quamvis prope *Meeringen* inferiorum fulcrorum apicibus ita sint impositi, ut facili negotio videantur posse dejici, vide *Doctissimum Jodocum Hermannum Nunningh Sepulcreti Westphalico-Mimigardico-Gentilis, p. 57. seq.* Ut autem facilius in oculos incurrat, quæ similitudo Drenthensibus lapidibus cum Salisburiensi mole intercedat, subjicimus æneam illorum delineationem Fig. II. Suntque in hac regione tanta frequentia, ut ausim affirmare, unicam eam vel hodie plura ejus generis exhibere monumenta, quam omnia alia regna conjunctim sumta. Cui dicto ut major fides constet, obiter notamus, unam ejusmodi molem prægrandem extare prope vicum *Anlo*, duas ad vicum Annum, unam prope *Balloo*, aliquot prope *Benthem*, novem di-

verſæ magnitudinis ad pagum *Borger*, 16. fere ad *Drowen*. Una eſt egregia magnitudine in *Embsbuirenſi* pago, alia prope *Onnen*, duæ in vicinia vici *Rolden*, & vaſtiſſima ad *Saltsberg*; prælata in *Steenvicenſi* tractatu, ad *Suidlaaren* una, minores aliquot ad *Tecklenburgum*, prope *Tinaarle* quinque, nonnullæ ad *Ulſen*. (e) In litore etiam inſulæ *Urck*, quæ olim Rheno, nunc Sinus Auſtrini fluctibus (*Zuyderzee*) cingitur, fluctibus ut plurimum obruti jacent ingentis magnitudinis lapides, quorum unum undecim equi aliquando movere nequibant. (f)

In ditionibus Auguſtæ domus Brunſvicenſis.

§. IV. In ditionibus Electoralibus Brunſvico-Luneburgenſibus ſimilis plane ſtructuræ lapides multis locis cernun-

(e) conf. Sim. de Vries Wonderen de Zeen p. 521. Ioh. Menſinga in Saxa agri Trentini carmine edito 1687. Slichtenhorſt GeldersGeſch. l. 1. p. 78. Blancard Holl. Jaarregiſter Cent. VIII. n. 96. Ubbo Emmius Hiſt. Friſ. l. 1. fin. edit. Lugdun. Bat. p. 21.

(f) vid. Kommelyn in de Byvœgſelen by de Beſchryving van Amſteldam l. 5. p. 878. Dirk Burger de Scoreler Medemblick p. 368. niſi forte rudera fuerint templi olim ibi ſiti, & maris undis plane diruti. Slichtenhorſt l. c. l. 1. p. 107.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

II. ad Sect. I. c. I. §. 4
Saxeæ prope Helmstadium



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

I. c. I. §. 5.
pe Bulcke Holsatiæ.

Digitized by Google

nuntur, duobus tertium in portæ modum ſuſtinentibus & pluribus majorem fulcrorum in modū ſuſtinentibus, quos inter nominari merentur *te ſeven Steenheuſen* prope Walenboſtel ſiti, & quæ multis in locis Ducatus Bremenſis cernuntur, cum primis in tractu Wiltshuſenſi. Similes extant in jugo montis Helmſtadio proximi, circa cujus præcipitium immania ſaxa ſaxis impoſita cernuntur (Fig. III.) non minus ac alia paſſim in editisſimis quibusdam vicini Hercynii vel Harzici tractus montibus. Videantur *Hermanni Conringii* de Antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii & viciniæ conjecturæ. p. 3. ſeq. & p. 7.

§. V. Megapolitanæ etiam terræ monumenta habent, quæ huic claſſi accenſeamus, vulgo dicta Venedorum cœmeteria, der Wenden Kirchhöffe. vid. *Henr. Rantzovius Meth. Apodemic. Num. 9. art. 3.* quale exſtat quoque prope Hundorffium Dynaſtiæ Wedendorffenſis internos lapides Monumenti Salisburienſis plane referens. *Tractu Megapolitano.*

Inter Holſatica monumenta memorabile eſt illud prope BULCKE, cujus iconem damus Fig. IV. *Holſatia.*

In Marchia Brandeburgica. §. VI. Porro huc pertinent Saxorum cumuli haud procul Fürſtenwalda ad vicum Rauen, Marchiæ mediæ Brandeburgicæ ſiti altitudine 22. pedum, circuitu 82. ob formæ rotunditatem Creiß-Steine dicti, de quibus conſulendus *Becmannus in not. ad Wolfg. Juſti Chron. Francof.*

Ducatu Magdeburgico. §. VII. Nec minus Magdeburgicus Ducatus duobus locis porrectas horum lapidum ſeries habet, teſte Jac. Tollio Epiſt. Itiner. I. p. 19.

In Principatu Anhaltino, §. VIII. In Principatu Aſcanienſi lapis duobus aliis erectis innixus circuitu habet 28. pedes caveamque ſub ſe efformat, quæ pluvio cœlo 8. homines commode capiat.

& terris Septentrionalibus. §. IX. Neque Arctoæ gentes talibus operibus deſtituuntur. De Danicis, & illis imprimis, quæ in Zelandiæ inſula ſunt obvia, plura collegit *Olaus Wormius in Monum. Danic.* p. 8. *Saxo Grammaticus Præf.* p. m. 4. quemadmodum Suecica illuſtravit *Olaus Rudbeckius.*

& ipſis Bri- §. X. Superſunt in ipſa Anglia

glia complura ejusmodi monumenta, inter quæ eminent vasta saxa in orbem disposita in Oxonienſi Comitatu, quæ *Rollerich-Stones* vulgus appellat, vid. *Robertus Plot. Natural Hist. of Oxford-Shire* c. 10. De iis, quæ in Devonia haud procul Exonia extant *Mighty-Stones* dicta legendus *Ioh. Speed in descriptione hujus Provinciæ.* Quinque millibus passuum a Bristolio meridiem versus & uno milliari Anglico a Pensfordia, qua spectat ad occidentem solem, rudera restant duorum ejusmodi operum, quorum alterum una lapidum corona, alterum tribus constitisse videtur. Illud, si reliquorum dimensionem sequamur, 32. eximiæ magnitudinis lapides habuit, quorum non nisi 13. superstites, in terram omnes dejecti aut proni, exceptis tribus. Centum ulnis Brunsvicensibus (60. fere Anglicis Yards) ab iis, conspiciuntur majores duo lapides, quos recentiores quidam scriptores perperam nominant *King and Queen-Stolen*, Regis Reginæque sedes incolæ appellant, *the Parson and Clerk*, fabulantes, choream die Dominica saltantium una cum sacerdote & fidicinibus in lapides fuisse versam, quod me docuerunt literæ *tanniæ insulis.*

Do-

Doctiſſimi Io. *Stachey* nuper die 29. Maij / 9. Jun. in Illuſtri Societate Regia Londinenſi perlectæ. Nonnulla hujusmodi monumenta viſuntur etiam in Orcadibus Inſulis. De Scoticis conferri debent quæ *Hector Boethius* habet in *Hiſt. Scot.* De ingentibus & rudibus ſaxis, quæ in planitie haud longe a Naaſa Hiberniæ in agro Kildarienſi & alibi cernuntur, legendus *Waræus Antiq. Hib.* c. 24. p. m. 103. ſeq.

CAP. II.

Saxis quidem a veteribus Celtis atque Septentrionalibus populis divinum cultum fuiſſe exhibitum, eum autem ad noſtra Monumenta non pertinere.

§. I.

Ordo dicendorum. COgnita Monumentorum noſtrorum ſtructura de autoribus uſibusque eorum, qui maximis certe involuti ſunt tenebris, erit diſpiciendum. Neque enim ipſi lapides ulla literarum veſtigia aut habuere unquam, aut conſervarunt; neque veterum quisquam hac de re memoriæ quidquam pro-

Digitized by Google

prodidit, cui fidem noſtram addicere poſſemus. Qui vero recentioris ævi ſcriptores aut mentionem horum monumentorum injecerunt, aut judicium ſuum promere tentarunt, rem tricis magis involverunt quam explicarunt. Horum igitur erroribus ut primo loco obviam eamus, omnemque deviandi occaſionem præripiamus, duximus conſultum. Quæ dicendorum ratio illud etiam efficiet, ut contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant, lectorisque judicium liberiore tramite decurrat, libratis in utramque partem argumentorum momentis.

§. II. Fuit tempus, quo ipſe in ea eram ſententia, lapides hoſce ob miram molem congeſtos atque ab incolis velut ſacros fuiſſe habitos. Docuerant me enim teſtimonia omnem exceptionem ſuperantia, majores noſtros lapidibus divinum exhibuiſſe honorem, quem luce Evangelii allata ſeveriſſimis legibus ac pœnis coërcendum putabant Principes ac Epiſcopi. Ita enim CONCILIUM NANNETENSE incerto anno habitum, apud *Labbeum Tom* IX. p. 474. *ſeq. can.* *Majores noſtri ſaxis & lapidibus divinum cultum exhibebant.* *teſte Concilio Nannetenſi,*

Digitized by Google

can. 20: *Summo decertare debent ſtudio Epiſcopi & eorum miniſtri, ut - - - LAPIDES quoque, quos in ruinoſis locis & ſilveſtribus dæmonum ludificationibus decepti VENERANTUR, ubi & vota vovent & deferunt, funditus effodiantur atque in tali loco projiciantur, ubi nunquam a cultoribus ſuis inveniri poſſint. Et omnibus annuncietur, quantum ſcelus ſit idololatria.* CONCILIUM ARELATENSE II. ad ann. 452. *Can.* 23. *Si in alicujus Epiſcopi territorio infideles aut faculas accendunt,* (a) *aut arbores, fontes vel SAXA vene-*

Arelatenſe II.

Candelarum uſus & abuſus in ſacris.

(a) Candelarum uſus in ſacris majorum noſtrorum Gentilibus perfrequens fuit, vide Concil. Rotomagenſe apud *Burchard.* X. 21. *Reginonem Abbatem Prumienſem de Eccleſiaſticis diſciplinis, edit. Baluz.* p. 210. *Concil. Toletan. XVI. ad a.* 693. *tit.* 2. *T.* IV. *Labb.* p. 1337. Inde tanto facilius in ſacra Chriſtiana translatus Epiſcopis non negligentibus hoc lucrum, quod patet ex Canone 20. Concilii Nannetenſis modo citati: *Omnibus interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiam Domino Deo ſuo.* vid. *Labbeus* T. IX. p. 474. cum quo coincidit *Capitulum Caroli M. & Ludovici Pii in Collectione Anſegiſi Abbatis & Benedicti Levitæ lib.* 6. *c.* 194. *Ut Sacerdotes admoneant*

venerentur, ſi hoc eruere neglexerit, ſacrilegii reum ſe eſſe cognoſcat. Dominus aut ordinator rei ipſius, ſi admonitus emendare noluerit, communione privetur. Vide Phil. Labbei & Gabr. Coſſartii S. J. Preſbyt. Collect. Conc. Pariſ. 1672. edit. fol. T. IV. p. 1013. Caroli M. Capitulare primum incerti anni cap. 41: ut obſervationes, quas ſtulti faciunt ad arbores vel PETRAS vel fontes, ubicunque inveniuntur, tollantur & deſtruantur. Apud Baluz. T. I. p. 518. Concilium Turonenſe anno 567. habitum can. 22. poſtquam Iani cultum in Ianuario menſe condemnavit, ita pergit: *Conteſtamur illam ſolicitudinem tam paſtores quam preſbyteros gerere, ut quemcunque in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel ad neſcio quas PETRAS, aut arbores aut fontes, DESIGNATA LOCA GENTILIUM, perpetrare quæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent, eos ab Eccleſia ſancta auctoritate repellant &c.* Tom. V. p. 863. *CONCILIUM TOLETANUM XII. ann. 681. Can. XII.*

Capitulari incerto Caroli M.

Concilio Turonenſi,

Toletano XII.

ant viros & mulieres, ut ad baſilicas lumin aria & incenſum & buccellas & primitias afferant. apud Baluz. Capitul. T. I. p. 956. En! ſi non originem, (nam aliis etiam gentibus & Hebræis obſervatus hic mos) ſaltem progreſſum variarum ſuperſtitionum in cœtu quodam Chriſtianorum ſuperantium.

Digitized by Google

11. - - *cultores idolorum, VENERATORES LAPIDUM, accenſores facularum, & excolentes ſacra fontium vel arborum, admonemus, ut agnoſcant, quod ipſi ſe ſpontaneæ morti ſubjiciunt, qui diabolo ſacrificare videntur.* Tom. VI. & *XVI.* p. 1234. Quod repetitum in *Concilio* XVI. eadem urbe habito anno 692. Titulus ſecundus enim parum abit ab ipſis verbis, quæ modo in medium adduximus. - - *illi diverſis ſuadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, VENERATORES LAPIDUM, accenſores facularum, excolentes ſacra fontium vel arborum, auguratores quoque ſeu præcantores, multaque alia, quæ longum eſt narrare. Tom. VI. p.* 1337.

Rotomagenſi, *Concilium Rotomagenſe apud Reginonem de Diſcipl. Eccleſ. edit. Steph. Baluz.* l. 2. p. 210. *Si aliquis vota ad arbores vel ad fontes vel ad LAPIDES quosdam quaſi ad altaria faciat, aut ibi candelam ſeu quodlibet munus deferat, VELUT IBI QVODDAM NUMEN SIT, quod bonum aut malum poſſit inferre. conf. D. Burchardi Wormacienſis Eccleſiæ Epiſcopi Decretorum l.* 10. *c.* 29.

Capitul. Aquisgranenſi. *Caroli M. Capitulare Aquisgranenſe* ann. 789. Capitulo 63. poſt allegata verba Lev. 19. Deut. 18. hæc habet: *Ideo præcipimus, ut nec cauculatores,*

(Ger-

(Germanice Gauckler) *& incantatores, nec tempeſtarii,* (Wettermacher) *vel obligatores non fiant, & ubicunque ſunt, emendentur vel damnentur. Item de arboribus, vel PETRIS, vel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria vel alias obſervationes faciunt, omnino mandamus, ut iſte peſſimus uſus & Deo execrabilis, ubicunque invenitur, tollatur & deſtruatur.* Baluz. T. 1. p. 235. quod Capitulum inſertum eſt Collectioni Capitulorum Karoli M. & Lud. Pii ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita factæ l. 1. c. 62. & extat etiam ap. Labb. T. VII. p. 984. *Burchardus in Collect. Can. Veniſti ad aliquem locum, id eſt, ad fontes, vel ad LAPIDES, vel ad arbores, vel ad bivia, & ibi aut candelam aut faculam pro veneratione loci incendiſti &c.*

Legibus Anglicis,

De Anglis ſpeciatim teſtantur Canones, conditi ſub Edgaro Rege circa ann. 967. ad leges ejus pertinentes, ut in veteri MSto Codice Saxonico Collegii Corporis Chriſti Cantabrigiæ reperiuntur, §. 16: *Docemus etiam, ut ſinguli Sacerdotes Chriſtianam religionem omni promoveant diligentia, nerviſque omnibus confictas ad libitum adorationes, necromantiam, divinationes, incantationes, hominum cultus divinos, & quæ præterea mortales adigunt in varios errores & in*

FRITHSPLOTFUM AND ON ELLENUM variarumque aliarum arborum, SAXORUMQUE & rerum multiplicium phantaſmata, quæ decipiunt multos, quos non deberent. *Labb.* T. IX. p. 683. Leges Canuti Regis Daniæ & Angliæ potentiſſimi eadem prohibent. *Adorationem barbaram pleniſſime vetamus. Barbara eſt autem adoratio, ſive quis idola (puta gentium divos) Solem, Lunam, Ignem, Profluentem, Fontes, SAXA, cujuscunque generis arbores lignave coluerit: ſive ſagarum ſuperſtitiones obſervaverit, ſive magnam alicui cladem, ductis ſortibus ardentibusve tædis attulerit. Interprete Lombardo.*

Suecicis & Gothicis. Leges Suecorun etiam Gothorumque per Doctorem *Ragualdum Ingemundi*, Eccleſiæ Upſalenſis Archidiaconum, anno 1481. Latinitate primum donatæ atque Holmiæ anno 1614. per *Ioh. Meſſenium* editæ, ita initio ſtatim habent lib. 1. c. 1. de Eccleſiis ædificandis: *Nemo itaque idola colet, aut in lucis & lapidibus fiduciam collocabit,* pag. 1. *Engin skal a lunda euer Steena tro,* ut habet *Loccenius Antiqu. Sueo-Goth. lib. 1.*

Unde mirandum, nemi-nem adhuc Quæ teſtimonia, quo frequentiora ſunt, tanto magis ſubit mirari, ex recentioribus ſcri-

ſcriptoribus nullum hanc materiam vel levi manu attigiſſe, cum tamen illius ſuperſtitionis hodienum reſtent perſpicua veſtigia in Septentrionalibus gentibus Lapponibusque præcipue, qui numen ſuum Storjunkare dictum repræſentant rudi quodam lapide. vid. *Schefferi Lappon.* c. 10. p. 109. ſeq. *eam ſuperſtitionem annotaſſe ex recentioribus.*

§. III. Rationem tam cœcæ perſvaſionis indicat *Edda* Islandorum, monumentum antiquiſſimum per SNORRONEM STURLÆ Islandiæ Nomophylacem anno 1215. compilatum, quod fabulas Theologiæ Ethnicæ majorum noſtrorum utcunque illuſtrat. (b) Ejus enim *Ratio illius ſuperſtitionis.*

B 2 My-

(b) Edda edita Islandice, Danice & Latine per Petrum Joh. Reſenium J. V. D. Juris ac Ethices Prof. Publ. & Conſulem Hafnienſem, Haviæ 1665. 4to. Duabus partibus abſolvitur, quarum una Eddam Sæmundi Frode antiquiſſimam ſiſtit in eaque 1) *Voluſpam*, i. e. vaticinia, 2) *Haavamaal* ſive præcepta Ethica, cujus Autor ipſe Odinus, Deus a majoribus noſtris cultus, perperam creditur. 3) *Runa Capitule* h. e. Scientiam vel magiam Odini. Ipſe Sæmundus natus in Islandia Anno Domi- *De Edda Islandorum.*

Digitized by Google

Mythologia LXX. veterum ſuperſtitionem & figmenta ſatis declarat, quibus Na-

mini 1057. Saxone Grammatico centum fere annis antiquior, Paſtor fuit Oddenſis, ob ſingularem eruditionem ac prudentiam *Frode* cognomine mactatus, quod prudentem ac eruditum notat. Altera Reſeniani operis pars abſolvit recentiorem *Snorronis* Eddam, veterum fabulas ac Mythologiam explicantem. Hic magni nominis Jure conſultus anno 1170. lucem aſpexit, anno 1242. in civium tumultu occiſus, cujus vitam luculento Commentario illuſtrare promiſit Torfæus, Daniæ & Norvegiæ Hiſtoriographus. Perquam mancæ tamen hæ Eddæ Reſenianæ, quod ex lectione Scriptorum Bartholini, Peringskioldi, Rudbeckii aliorumque patet, quare optandum, ut harum Antiquitatum peritus quispiam novam editionem majori cura & ex melioribus Codicibus MStis adornaret. Quamvis enim frivolis & ridiculis figmentis ſcateat, habet tamen etiam nonnulla, quæ ad penitiorem Arctoæ Antiquitatis cognitionem non parum conferunt. Patet ex dictis, quid ſentiendum de iis, quæ Celeberr. *Boſius in Epiſt. ad Reineſ.* 93. p. 361. in hunc modum ſcribit: *Ex illuſtri Barone Boineburgio intellexi, Francofurti nuperis nundinis proſtitiſſe veterem Evangeliorum verſionem Gothicam Ulphilæ Epiſcopi, & EDDÆ CUJUSDAM ISLANDICÆ. Sed neuter liber ad nos perlatus.* Scilicet interdum magnus dormitat Homerus.

Nanos, ſpirituum aut Dæmonum genus credebant ſaxa inhabitare.

§. IV. Quare non difficile illis erat, eo progredi inſaniæ, ut oracula etiam viva voce e lapidibus edi ſibi perſuaderent. Rem, quæ fidem fortaſſis difficulter inventura eſt, exemplis & teſtimoniis declarare non abs re fuerit. Cauſam noſtram præ aliis hoc in negotio aget *Holmveria Sogu* (c) ſequentia habens: *Hann* for af ſtad oc„ beid þar til þeſſ þorſteinn fol„ til blothuſs sins hem hann var vanr.„ Enn er þorſtein kom geck hann inn i„ blothusit oc fell framm fyrir steini„ þeim er hann blotadi oc þar stodi hu„ ſinu oc mælltiz þat fyrir. Indridi stod„ uti oc heyrdi þetta quedit i ſteini„ num„ *Quæ adeo invaluerat, ut Oracula etiam a Saxis edi crederent.* *In Norvegia.*

(c) *Sogu* vel *Saga* hiſtoriam notat ſeriam ut plurimum a voce *Sagen*, dicere, narrare, unde Germanis rumor vel fama dicitur *Die gemeine Sage*. In Præfatione *Tatiani Alexandriani, ad Harmoniam Evangel.* p. 1. *Sagæ* narrationem ſignificat. Catalogum uberrimum harum Sagarum Septentrionalium edidit *Hikkeſius in Theſauro Linguarum Septentrional.*

Digitized by Google

„Þu hefir hingat
„i seinsta sinni
„feigum fotum
„folld sporada
„Þvi munrett adr
„raudull skini
„hardr Indridi
„heipter giallda.

Hoc est: Indridus domo profectus Thorstenum ad fanum more solito adventantem expectabat. Thorstenus adveniens fanumque intrans, coram lapide, quem in fano stantem colere suevit, in faciem procubuit oravitque. Indridus foris stans, hoc carmen in lapide cantari audivit:

Tu huc
Ultima vice
Morti vicinis pedibus
terram calcasti,
certe enim antequam
Sol splendeat
animosus Indridus
Odium tibi rependet.

Non ignoro, me fabulam allegare, cujus autoritas nihil ponderis allatura esset, si in animum induxissem probare, oracula aut unquam exstitisse aut e saxis edita fuisse.

Digitized by Google

iſſe. Jam vero cum de ſuperſtitionibus plebis ac Laicorum agatur, in quos ſacrificuli & olim & nunc imperium ſibi aſſeruerunt, per fas & nefas, vi & fraudibus tuendum, non video, cur non *Holmveria Saga* documentum præbeat ſimplicitatis veterum, qua credebant, ſaxa & lapides non divini modo quidpiam in ſe continere, ſed illud etiam oraculis patefacere.

In Britannicis Inſulis. De lapide Scotorum ſingularia.

§. IV. Ne vero quis in eam deveniat ſententiam, illum errorem ſolis ſub Arcto rigentibus populis fuiſſe cognitum, aut ea, quæ citato loco de lapide memorantur, de ſimulacro idoli lapideo in fano collocato, intelligenda eſſe (quod perperam facit *Bartholinus Antiq. Dan.* l. 3. c. 2. p. 627.) ſententiam noſtram confirmabimus luculento exemplo illius lapidis, qui ſolio ſive ſellæ, cui Magnæ Britanniæ Reges inſident, cum regio diademate ornantur, hodieque cernitur incluſus. Hujus ope penes Clerum vel Druides potius in Hibernia primum erat poteſtas regem eligendi, quem rebus ſuis commodum arbitrarentur, rejectis iis, qui favore il-

lorum videbantur indigni. (d) Credula enim plebs persuasa erat, electionem novi Regis tum demum Diis immortalibus gratam atque acceptam esse, cum lapis ille velut oraculum consultus sonoram vo-

Artes & technæ Druidum.

(d) Patrias Antiquitates cum judicio perlustrantes mecum facile fatebuntur, vix aliam sacrificulorum doctrinam stabiliendo ac firmando Clericorum in Laicos imperio æque fuisse aptam, ac illam quam Druides profitebantur. Secreta institutio discipulorum, qui lecti e nobilissimis regionis per viginti interdum annos artibus & technis eorum assuefiebant, reliqua multitudine ignorantiæ tenebris immersa; immunitas a bello; juris non modo dicendi, sed & exsequendi auctoritas; pœnarum irrogatio nemini nisi Druidibus permissa; sacrorum interdictio, pœna gravissima a majoribus nostris habita, sortium auguriorum interpretatio, & alia multa, quid nisi summum Imperium in sacerdotes poterat transferre? ut plane fides adhibenda *Dioni Chrysostomo Orat.* 49. scribenti: *Absque Druidibus nihil fas erat Regibus exsequi, ac ne consultare quidem, adeo, ut re ipsa regnarent Druidæ, Reges autem essent quasi ipsorum adparitores & ministri in exsequendis decretis.* Et *Helmoldo* de Slavis l. 2. c. 12. *Rex apud eos modicæ est æstimationis in comparatione flaminis.* conf. Cæsar de B. G. *l.* 6.

Digitized by Google

vocem edidiſſet vel ingemuiſſet, ut *liber Houthenſis* habet apud *Waræum Antiq. Hib.* c. 5. p. m. 29. Rudis eſt, triangularis fere formæ, coloris cinericii, cui rubicundi quid inſperſum, duritie ſilici non admodum diſſimilis. E Britannia Gallæciæ oppido vel potius Provinciæ Luſitanicæ Trans-Montanæ primum fabulantur allatum in Hiberniam a Simone Brech, primo Scotorum Rege, ſeptingentis ante Chriſtum natum annis; 370 annis poſt a Scotorum Rege Ferguſio in Scotiam tranſvectum. (e) Anno 850. poſt reſtitutam ſalutem per Regem Kennethum II. illatus eſt Abbatiæ Sconenſi, regum coronationi deſtinatæ. Tandem Eduardus I. Rex Angliæ, victor Scotorum, Iohanne Baliolo Rege illorum an. 1295. in captivitatem abducto, inter manubias reliquas (ligneum ſolium, ſceptrum & coronam Scotiæ Regum) hoc lapide potitus, eum ſolio iſto incluſum ſepulchro Divi Eduardi Confeſſoris in ædicula a nomine ejus in Templo Monaſterien-

(e) *Waræus* l. c. refert a Thuathededanis in Hiberniam portatum, atque inde regnante Moriertacho Ercæ filio ad Ferguſium fratrem in Argatheliam miſſum.

rienſi inſignita, velut egregium munus obtulit. Sella ipſa e duriore ligno fabrefacta quatuor leonibus eleganter ſculptis tanquam pedibus ſuſtinetur, uti ex colore licet ſuſpicari, olim inaurata, regum coronationi hodienum inſervit. vid. *Antiquities of St. Peter's, or the Abbey-Church of Weſtminſter*, edit. *Londin.* 1715. 8. p. 180. ſeq. *Hector Boëthius l. I. Hiſt. Scot.* Hæc ſuperſtitio eo usque proceſſit, ut fatum regni in eo lapide contentum exiſtimarent, quod oraculum promiſerat ſequentibus verſibus:

Ni fallat fatum, Scoti quocunque locatum
Invenient lapidem, regnare tenentur ibidem.(f)

Idque ſub Jacobo Primo Magnæ Britanniæ Rege in exitum deductum autumant, qui nugis ac figmentis magis afficiuntur, quam ſana ratione. A fatali hoc lapide, *Liafail* dicto, Inſulam Hiberniæ Inisfaliam nuncupatam aſſerit *Waræus* l. c. c.

(f) Fallitur *Stephanius in not. ad Saxonis Grammatici Hiſt.* p. 29. & 30. qui hos verſus ipſi lapidi inciſos prodit.

Digitized by Google

c. c. 1. p. 5. (g) Veritate Chriſtiana terris hiſce illata, cum tantum honoris huic lapidi tribui viderent, neque aut hærente ſuperſtitione quadam, aut ſpe lucri impellente, eum putarent negligendum, novo commento vetera auxerunt, verſa gentili ſuperſtitione (quemadmodum fere iis temporibus ſolenne erat) in Chriſtianam. Vulgo enim perſvaſerunt, eundem hunc eſſe lapidem, cui Jacobus Patriarcha fuerit innixus, cum in regione Haran angelorum ſpecies ſomno videret ſcala aſcendentes deſcendenteſque. *Genes. cap.* 28. Teſtantur ea de re verſus nonnulli, quos tabulæ prope dictum ſolium pendenti quidam affirmant inſcriptos ſequentem in modum:

Solium Regni Scotici.

Rex Edwardus I. cum devictis Scotis triumphator 1297. rediiſſet, Sceptrum & coronam Regum Scotiæ, una cum ſolio, in quo Scotorum Reges inaugurari ſolebant, in Eccleſia Weſtmonaſterienſi Deo obtulit.

Si

(g) Idem ex Regeſto Clochorenſi aliud idolum memorat, quod e lapide aureo (forte inaurato) reſponſa dare ſolebat. c. 5. p. 28. *Tertius lapis fatidicus.*

Digitized by Google

Si quid habent veri vel chronica, cana fideſve,
Clauditur hac cathedra nobilis ecce lapis,
Ad caput eximius Jacob quondam Patriarcha,
Quem poſuit cernens numina mira Poli.
Quem tulit ex Scotis ſpolians quaſi victor honoris,
Edwardus Primus, Mars velut armipotens;
Scotorum Domitor, noſter validiſſimus Hector,
Anglorum Decus & gloria militiæ.

vid. Antiquities of the Abbey-Church of Weſtminſter l. c. Fateor tamen nunquam me iſtam tabulam potuiſſe invenire, quamvis ſedulo & duabus vicibus perquiſitam, una anno 1715. altera 1719. Quid ſi duplex figmentum ex nominibus Jacobi Patriarchæ & Jacobi Apoſtoli dicamus commixtum in unum & primos Hiberniæ converſores ex Gallæcia Hiſpaniæ (quam cum Gallovidia confundit MStum Bodlejanum mox adducendum) advectos? Certe ex ea regione allatum lapidem ferunt, & quidem Brigantia, quæ antiquiſſima ætate celebris magis in figmen-

figmentis notabatur, quam Compoſtella, quæ detecto demum corpore Divi Jacobi inclaruit. Haud longe tamen ab hac, in oppiduloPradon lapis excavatus a plebe veneratur, quo tanquam navi, ut ferunt, Divus Apoſtolus Jacobus longinqua maria tranſmittens in hunc locum tandem fuit appulſus. vid. *Relation du voyage d' Eſpagne* T. 1. p. 131. ſeq. Neque adeo vero abſimile, hujus lapidis famam in Hiberniam cum Chriſtianis credulis allatam lapidi noſtro quoad nomen ſaltim Jacobi fuiſſe applicatam. Perantiqua enim eſſe ejusmodi de lapide hoc figmenta ex alio colligere licet non minore, quod Lectori communicamus ex Codice MSto Bibliothecæ Bodlejanæ NE. C. 4. 3, - 10. f. 141. a. (in Catalogo Manuſcriptorum Magnæ Britanniæ typis edito Claſſ. VI. c. 4. vol. 2086. num. 10.) cujus copiam nobis fecit eximia & ſingularis humanitas Celeberrimi *Johannis Chamberlaine* ſupra laudes noſtras eminentis. Sunt autem verſus veteri Gallorum idiomate conſcripti quod a Normannis ſimul cum armis Angliæ illatum hodieque partim in judiciis viget. *Ex MSto Bibliothecæ Bodlejanæ.*

De

De Lapide Scotorum verſus Gallice.

Qi eſt la piere de Eſcose vo⁹ die pur verite.
Sur qei les Roys deſcoſe etoint mis en ſee.
John Balol le drein fuſt a ceo geſt counte.
Qe ſur ceſte piere reſceut ſa dignite.
Que lad conquiſe Edward Roy Dengleterre.
Par la gce ihū criſte & p forte guere.
A ſeint Edward la preſent com Roy de graunt affaire.
Ore eſt paſſe p la morte que nul ne poet retrere.
En Egipte Moiſe a le poeple precha.
Scota la file fata (h) ō bien leſcota.
Qare il dite en eſpirite q ceſte piere aua.
De molt eſtraunge terre conquerour ſerra.
Gaidelons & Scota ceſte pierre menerount.
Qui de la terre Egipte en Eſcoſe paſſerount.

Ne-

Negeres loy'us (loyns) de ſcone qut ar-
meront (ariveront)
De la noune de ſcota la Eſcoſe terre mu-
nount (numount)
Puis la mort la ſcota ſon (i) baron
feme nepriſt.
Mais en la terre de Galway ſa demore
fiſt.
De ſon noune demoisne le noune de
Galway miſt.
Iſſi pert qe p lour nouns Eſcoſe &
Galway iſt.
Ore eſt Edward paſſe hos de ceſte vie
Conquerour de toutes la flour de chi-
valrie.
Prioms dieu omnipotent que tut le
mound guy.
Qe dieu de ſalme eyt inque dieu le filz
mary.

Sunt nonnulla obſcuriora in his verſibus quæ Lector harum rerum gnarus ſupplebit. Nos ita vertimus:

Crede mihi, hic lapis Scoticus eſt,
Cui tanquam ſedi imponebantur Reges,
Johannes Baliolus---tam diu Comes
erat,
Usque dum ſupra hunc lapidem dignita-
te augeretur. Tan-

Digitized by Google

Tandem Eduardus Rex Angliæ illo potitus
Gratia Jesu Christi & cruentis bellis
Sancto Eduardo illum obtulit, Regi maximo
Nunc mortem subiit quem nemo potest effugere.
Moise in Egypto multitudini concionante
Scota filia illius, fatidica, dicto non fuit audiens
Nam in spiritu dixit, quicunque hunc lapidem habuisset
Eum multæ peregrinæ terræ dominum futurum
Gaidelons & Scota secum hunc lapidem abstulerunt
Cum ex Ægypti terra in Scotiam transirent,
Haud procul Scona cum advenirent
A nomine Scotæ Scotiam appellantes.
Post mortem Scotæ maritus ejus uxorem non duxit
Sed in tractu Gallovidiæ sedes fixit
De cujus nomine Gallovidia testatur.
Atque hæc est origo nominum Scotiæ & Gallovidiæ.
Nunc Eduardus vita excessit
Conquestor, flos equestris ordinis

Pre-

Digitized by Google

Precibus adeamus Deum omnipotentem, qui totum mundum gubernat
Ut Deus - - - - - Deus filius Mariæ.

§. V. Hæc in præsentia de cultu saxorum adduxisse sufficerit, qui prima fronte cum monumentis nostris commune quid habere videri posset. Plurima tamen sunt, quæ isti conjecturæ refragantur, iis locis inferius a nobis congerenda, quibus illa neque ad aras neque ad templa referenda esse evincemus. Nostrum nunc est, ne in uno capite plus quam par est, hæreamus, ad eas sententias transire, quibus viri docti saxeas nostras moles illustrare contenderunt. *Quæ tamen ad nostra monumenta non pertinent.*

Notæ ad MStum Bodlejanum.

(h) FATA, mulier divinans, incantatrix, saga. *Gervas. Tilleberiensis* in Otiis Imp. Decis. 3. c. 88. 94. *Fadus, Fada*, dæmonis vel spectri species: Galli hodie dicunt *une Fée*, quam vocem alii a Latinorum fatidica, alii a vate, alii demum a Nympha deducunt. Mihi Germanicæ aut Celticæ originis videtur. *Vates* enim, quos *Strabo* l. 4. Οὐάτεις scribit, retenta voce originali apud Gallos ex auspiciis & victima- *De Fatis, Gallice Fées.*

rum extis futura divinabant, ſeriemque & ſublimia naturæ pandere conabantur, teſte *Diodoro Siculo Biblioth. Hiſt.* l. 5. p. m. 308. *Ammianus Marcellinus rer. geſt.* l. 15. c. 9. perperam appellat *Euhages*, niſi amanuenſium incuria hanc vocem formatam credere malimus. Sunt, qui alia ratione huic loco me-

(*de Euardis.*) delam afferre tentant, *Euardos* ſubſtituentes in locum *Euhagum* vel *Duhagum*, quos nonnulli etiam Codices memorant. Cui ſententiæ firmandæ addere poſſemus, *Euam* legem veteribus Germanis dictam fuiſſe, conf. *Sirmond. Tom.* III. p. 123. unde *Tatiani Alexandrini Harmoniæ Evangelicæ, antiquiſſima verſio Theodiſca* c. 7. §. 3. p. 2. *after thiu giquetan iſt in euuû Truhtines*, ſecundum quod dictum eſt in lege Domini. In prioribus etiam verſionibus Germanicis Bibliorum ſacrorum a B. Luthero adornatis, lex dicitur *Ehe*, quemadmodum hodieque matrimonium *Die Ehe*, notat contractum legitimum, *Ehehafften*, legitima impedimenta, *echt*, probum, legitimum, *unecht*, falſum, ſuppoſititium, illegitimum, conf. *Ruſticanum Terminorum*, impreſſum Norimb. 1482. 4to, ſub voce *Ee*, qui liber rariſſimus multa continet Etymologiæ Germanicæ inſervientia. WARTEN, noſtris hodieque eſt cuſtodire, ervare. Unde priſco ſermone ſacerdotes dicti *Euuarti* velut legis *cuſtodes*. *Jeroſchinus Duſburgii Interpres* de ſummo Pruſſorum Pontifice:

Der

Der oberſte Euarte
nach heidniſcher Arte
Crive was genannt ſin Nahn.

ap. *Chriſtoph. Hartknoch Antiqq. Pruſſ. Diſſ.* IX. p. 147. *Waiſſelius Chron. Pruſſ. fol.* 18. Quæ vox frequens etiam in vetuſtiſſima *Otfridi* verſione Evangeliorum, qui inter alia lib. 1. c. 4. p. 31. de Zacharia ait: *Vvas* ein *Euuarto*, erat ſacerdos, conf. ibid. p. 33. 37. & l. 4. c. 19. p. 412. *Ther furiſto Euuarto*, princeps ſacerdotum. conf. c. 30. p. 446. Verum hac emendatione merito ſuperſedemus. Originem enim vocis, ut plurimas alias optime conſervavit Hibernica lingua, in qua *Faidh*, *Faidhibh*, *fhada*, *faighe* &c. hodienum de Prophetis & Prophetia dicuntur. Juvabit hoc loco conſulere verſionem Hibernicam Sacri Codicis (uſi ſumus editione Londinienſi 1690. 12mo.) cujus ſequentes loci fidem conciliabunt iis, quæ a nobis in medium fuere prolata. Luc. I, 76. *Agus tuſa a leinibh, goirfithear diot, FAIDH an té as áirde*, h. e. Tu vero puerule, Propheta Altiſſimi vocaberis. Levit. c. XIX. v. 31. *Ná bíoth ſium aguibh annſa druing ga mbidh ſpioraid mhuinnteardha, agus ná hiarruidh luchd FAISTINE da bhar ndéanámh truáilligh léo.* h. e. Ne vos convertite ad pythones, & ariolos ne conſulitote polluendo vos eis. 1. Sam. XXIIX, 6. *Agus a nuair do fhiarfuigh Saul ſcéula don Tighearrna, nior fhreagair an Tighearrna é, a mbrionglóidigh, nó le Urim, nó le FAIGHIBB.* h. e. & conſuluit Saul Jehovam, ſed non reſpon-

debat ei Jehova; nec per ſomnia, nec per Urimos, nec per Prophetas. Levitic. c. XX, 27. *Mar angcéadna fear nó beán aga mbía ſpiorad tathuight each, nó bhias na FHA'ISTINEACH, cuir fighear do demhin chum báis iad; geabbiud do chlochuibh orra, bíadha bhfuil orra féin.* h. e. Viri autem aut mulieres, ſi erit ex eis pytho, aut ariolus, omnino morte afficiuntor: lapidibus obruuntor, cædis eorum cauſa eſt in eis.

Iidem Prophetæ 2. Reg. XXI. v. 10. *Faighe* dicuntur, & Marc. VI, 15. *Adubhradar dream eile, gur bhé Eliás é. Agus á dubhradar dream eile, gur B FHA'ID é, nó mar áon do na fáidhibh.* h. e. Alii dicebant, Elias eſt. Alii vero dicebant, Propheta eſt, vel unus ex Prophetis illis.

Faith Anglis fides eſt. Ratio porro patet, cur, cum vox modo *Faidh*, modo *fhait*, modo *bhfáid* ſcribatur, *Strabo* ſuum ἐκφεύς efformaverit. *Fhada* inde Hibernis in populari etiam ſermone dicitur *magia*. Act. Apoſt. c. 8. v. 11. *Agus tugadar a naire dhó, do bhrigh gur mheall sé iad aimſir FHA'DA lé na DRAOIDHEACHD.* h. e. Attendebant autem ei propterea, quod a multo tempore magicis artibus eos dementarat.

Uſus linguæ Hibernicæ in Etymologiis Celticis &c.

Quæ ultima vox (*Dhraóidheachd*) novum exſpatiandi campum aperit, in eademque materia commonſtrat, quam lucem in aliis pluribus ejusmodi tenebris ex Hibernica lingua affundere intendimus. *Draoi* enim

De Druidum nomine.

enim magus, incantator, eſt, (*Deuteron.* XVIII. v. 11. Bibl. Hibern.) in Plurali numero *draoithe*, unde Cæſar aliique fecerunt *Druides*. Exod. VII. v. 14. *Ann sin do ghoir Pharao mar an gcéadna na dáoine glioca. Agus an luchd piséóg: a nois DRAOITHE na Hégipte, do rinneadurſanfós ar an modh gcéadna le na ndroigheachduibh.* h. e. Tum vocavit etiam Pharao ſapientes & præſtigiatores, ut facerent ipſi quoque Magi Ægyptii ſuis incantationibus ſimiliter. 1. Sam. XXIIX. v. 9. *Agus a dubhairt an bhean ris, féach is aithne dhuit cred do rinne Saul; mar do ſcrios sé an luchd agá rabhadar leannain sithe, agus nà DRAOITHE, amach as an grích.* h. e. Sed dicente muliere ei: ecce tu noſti, quid fecerit Saul, ut exſcidit pythones & ariolos ex hac terra. Matth. II, 1. *Agus an tan do rugadh Jósa a Mbetleem thire Júdaighe a laithibh Jorúaith an rí, Feuch, tangadar DRAOITHE, ó naird shoir go Hiaruſalem.* h. e. Quum ergo natus eſſet Jeſus in Bethleema Judææ, temporibus Herodis Regis, ecce magi (in verſione Wallica ſive Cambro-Britannica eſt Doethian) ab oriente advenerunt Hieroſolymam. & v. 7. *Agus ann sin do ghoir Jorúaith na DRAOITHE os íseal chuige*, h. e. Tum Herodes clam vocatis Magis &c. Conf. Act. Apoſt. c. VIII, 9. ut alia loca prætereamus, quæ idem plane indicant, quod Romani Scriptores, Druides nempe rerum naturalium, aſtrorum &c. fuiſſe ſtudioſi-

fisſimos. Pari ratione Germanis *Druten* ſunt magi, ſagæ, ſpectra, Ephialtes, & *Driought* Hibernis incantatum, faſcinatum, ſignificat, voce a Chriſtianis in pravum & ſiniſtrum ſenſum detorta, ſine dubio, ut omnes Gentilismi reliquiæ eo majori odio habeantur, quod in aliis vocibus etiam e. g. Velledæ, Vandæ, Thori, Alrunæ, Fan, Alpe, Woden, Hellæ, Necci &c. factum, alibi fuſius deducemus.

De Hercule Ogmio. Cum vero omne trinum habeatur perfectum, non ægre feret benevolus lector, ſi uſum ac præſtantiam Hibernicæ linguæ (quod patrias Antiquitates attinet) tertio declaremus exemplo. *Lucianus Samoſatenſis* in Hercule Gallico, Oper. Lutet. Pariſ. 1615. editor. fol. p. 853. ſeq. *Herculem Ogmium* a Gallis cultum memorat. Alii Joſuam Ducem Israelitarum ab Ogo victo ita dictum & a Gallis cultum hariolati ſunt; (vide *Edmundum Dickinſon in Delphis Phœnicizantibus* c. 4. p. 41.) alii Regem mari potentem effinxerunt a radicæ Suecica, Oga, perterrefacere. (*Ol. Rudbeck Atlant.* T. I. p. 748. & c. 8. §. 1. p. 315.) Alii pro Ogmio *Ormium* legerunt, Herculemque hunc ad antiquiſſimum Arminium transtulerunt, quod eo facilius applauſum mereri poterat, quod non niſi ſemel ea vox apud Lucianum occurrit. Mihi non ſine ratione ab omnibus hiſce ſententiis diſcedendum puto, cum probe noverim, vocabulum *Oga*, *Ogum* vel *Ogma* Celtis ſignificaſſe ſecreta literarum vel literas ipſas, ita ut *Hercules Ogmius* non alius ſit, quam *Literatus*, *Doctus*, *Eloquens*,

Digitized by Google

quens, quo elogio veteres militarem Ducem inſigniebant, eloquentia & civili prudentia valentem. Iſta enim vox hodieque Hibernis notat tum elementa literarum, tum ſecreta earum, de quibus peculiariter agit Manuſcriptus Codex Bibliothecæ Dublinenſis vol. 255. D. 18. Similis extat in Theſauro librario Illuſtriſſimi Comitis de Carnarvan ſequenti titulo: *Anonymi cujusdam Tractatus de variis apud Hibernos veteres occultis ſcribendi formulis, Hibernice OGUM dictis.* Quod confirmat *Jac. Ware in Antiquitatibus Hibernicis* (verſ. *Angl. Londin.* 1714. fol. *editæ* p. 7.) cap. 2: *Præter Characteres vulgares utebantur etiam veteres Hiberni variis occultis ſcribendi formulis ſeu artificiis, Ogum dictis, quibus ſecreta ſua ſcribebant. His refertum habeo libellum membranaceum antiquum.* Quæ ſingula quam bene conveniant cum deſcriptione Herculis Ogmii, a Luciano nobis tradita, neminem poteſt præterire. Stabat enim decrepitus ſenex, leonis exuvium indutus, qui clavam dextra tenens pharetramque humeris aptatam portans arcum tenſum læva prætendebat. Ingentem porro hominum multitudinem trahebat, omnibus ab aure revinctis; vincula autem erant catenulæ tenues ex auro electrove confectæ, quæ in ſumma idoli lingua perterebrata religatæ erant. Ipſe Gallus vim orationis ac facundiæ hoc ſymbolo ſignificari annunciabat Luciano, a cujuscemodi numinis cultu Galli non poterant eſſe alieni, qui non eloquentiæ mi-

nus quam fortitudinis laude clari erant, diserte indicante *M. Catone in Origin.* l. 2. *Plerumque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem & argute loqui. B. Hieronymus adversus Vigilantium: Sola Gallia monstra non habuit, sed & viris semper fortissimis & eloquentissimis abundavit.* Quibus adstipulatur Juvenalis:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Apud *Nennium* inter majores Armenonis seu Arminii *Ogomun* occurrit, quem eundem cum Hercule Ogmio esse non dubitaverim, quamvis in tanta veterum Scriptorum penuria haud in proclivi sit definire, quibus factis hoc nominis fuerit consecutus. Verum in viam tandem redeundum.

De Baronum adpellatione. (i) *Son Baron)* Baron hoc loco Maritum significat, estque in eadem significatu hodieque usitatum judiciis & tribunalibus Britannicis. Antiquissimis temporibus erat servus militum, deinde homo regis sive qui hominium regi debebat; vide *Franc. Pithoei Glossar. ad Legem Salicam* tit. 34. edit. Baluz. p. 692. Post idem erat ac vir fortis, unde Diabolus etiam hoc nomine compellatur apud *Guibertum Abbatem* l. 1. *de vita sua* c. 22. quemadmodum in sacris literis dicitur fortis & armatus. De aliis significationibus consulatur Henr. Spelmanni Glossarium Archailogicum. Scilicet verba valent ut nummi, & verissimum est, quod habet Horatius:

Mul-

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus
Quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi.

quod exemplis vocum Druidum, Alirunæ, Gundæ, Baſſæ, Maſcæ, Trolli, Scalcki, Wrangeli, Oſteræ &c. poſſet illuſtrari, niſi ad alia eſſet properandum.

CAP. III.

Probat monumenta hæc ararum numero non eſſe habenda.

§. I.

Nonnulli inter aras veterum hæc monumenta numerarunt.

NOnnullis in cenſum ararum noſtra monumenta referre placuit, quos inter eminet Ant. Schœnhovius de Orig. & ſedibus Francorum apud Matthæum Analect. T. I. p. 36. ita ſcribens: „Non poſſum hic præterire columnas Herculis, quas Tacitus in Friſiis fuiſſe magna celebritate commemorat, quarum reliquiæ hoc tractu Trenterorum hoc eſt in Drenta adhuc viſuntur, vico Rœlden, haud procul a Coevordia oppido, non ſine ſpectanti-

„um admiratione: ſunt enim ſinguli la-
„pides (quorum non parvus acervus eſt)
„tantæ magnitudinis, ut nullos currus,
„nullas naves admittere poſſe videantur.
„Neque ibi fodinæ lapidum ſunt, loco
„paludoſo, quare ſuſpicio eſt eos illuc a
„dæmonibus, qui Herculis nomine ibi
„colebantur, adductos fuiſſe. Stabant
„enim ſuper columnas aræ (ſaxa vocant
„Itali, ut quidam inquit Poeta) quas ad
„aras incolæ vivos immolabant maxi-
„meque advenas, quos priusquam ma-
„ctarent, cogebant tranſire anguſtum
„foramen, quod ſub aris erat, tranſeun-
„temque ſtercoribus inſectabantur ac
„petebant; quod & hodie faciunt, præ-
„ſertim ſi Brabantum nacti fuerint, un-
„de cædes oriuntur. Foramen ipſum il-
„lud ob ignominiam 's. *Duvelskut*, h. e.
„Dæmonis cunnus appellatur. Sed im-
„molationem ſuſtulit D. Bonifacius.

De aris veterum Germanorum. §. II. Herculis columnas itemque fabulam de dæmonum opera hac in re collocata hoc loco non moramur. Aras autem veterum Septentrionalium Celtarumque a noſtris fuiſſe diverſiſſimas facili negotio probabimus. De ceſpititiis ſermo non eſt, neque de iis, quæ poſteriore ævo

ævo intra templorum muros ante idola ſtabant, ferro ſuperne inveſtitatæ, ne igne, qui perennis in plurimis eſſe debebat, læderentur. (a) De iis modo dicendum, quæ in lucis, apertis campis & collium faſtigiis exſtructæ erant. Hæ menſam fere ſemper referebant, lapide plano vaſtiſſimæ magnitudinis minoribus quibusdam veluti fulcris incumbente. Fulcra interdum ipſa minoribus lapidibus firmantur. Hujusmodi eximium monumentum reſtat in Dithmarſia Auſtrali ad vicum *Albersdorff*, orientem verſus, in confiniis Holſatiæ & quidem Præfecturæ Pendsburgenſis. Major lapis tabulæ vice fungens ambitu ſuo 36. pedes (duobus pollicibus demtis) continet, ſuper-

(a) Teſtem allegamus *Watzhyrnam*, librum Islandorum vetuſtiſſimum, cujus verba refert *Arngrimus in Crymogæa: Der skindi avera aldum sa aldri slognadi*, h. e. ibi incenſus fulgebat ignis, qui nunquam exſtinguebatur. loquitur autem de baſi ante idolum in modum aræ collocata, & pergit: *Framme firar ther stadh stalle medh miklum hagleik och dhiliadhur afan med jarne.* h. e. In priore loco ſtabat ara & in ea varia inſtrumenta ferrea, ipſa quoque ferro tecta fuit.

Digitized by Google

perficies duodecim pedes cum dimidio, & profunditas quatuor cum quadrante. Integra ſub hoc lapide antri latitudo in ſeptem pedes, altitudo in tres cum dimidio binisque pollicibus extenditur. Grandævi loci illius incolæ affirmant, nemini, prima minimum vice inviſenti lucum illum (lucus enim plerasque haſce aras circumdare ſolebat) absque munuſculo ibidem relicto licuiſſe recedere, & quoties quis antro, quod memoravimus, everrendo, impenderit operam, toties nummum quendam ibi fuiſſe repertum. Videatur J. a Mellen deſcriptio antiquiſſimi cujusdam luci, ſuperſtitioſis gentilium Cimbrorum ſacrificiis deſtinati ex communicatione Rev. Chriſtiani Dethlevi Rhodii, Paſtoris Barmſtettenſis, inſerta *Novis Litterariis maris Balthici & Septentrionis Menſ. Sept.* 1699. p. 286. ſeq. confer Fig. V. Similem aram ad Albim prope vicum *Wedel* ſitam & quercubus ordine plantatis ſtipatam deſcribit *Ioh. Riſtius Colloquior. Menſtrual. Dial. 6.* Plures reſtant in tractu Holſatico, quas memorat *Torgillus Arnkiel in Religione Ethnica Cimbrorum* P. I. cap. 30. §. 3. p. 170. ſeq. Una eximiæ magnitudinis cernitur in jugo montis prope *Wildba-*



Digitized by Google


Fig. V. ad S.
Ara gentilis Albersdorffe

Sect. I. c. 3. §. 3.



ensis in Holsatiâ.

Digitized by Google

Digitized by Google

baden, Ducatus Wurtembergici. Nonnullis in locis 3. ejusmodi aræ conſpiciuntur tribus collibus impoſitæ, quæ ad cultum Thori, Odini & Frejæ forte pertinuerunt. In Zelandiæ inſula juxta regiam viam qua itur ad vicum *Birck*, tres colles ſurgunt, lapidibus in quadratam formam diſpoſitis cincti. Singuli præterea colles lapidibus ſuis circa radicem circumdati cernuntur. Major autem meditullium occupans in cacumine aram habet ex ſaxis 4. ſtupendæ magnitudinis exſtructum, ita, ut tria ſuſtineant quartum maximum & planum. *Worm. Mon. Dan.* l. 1. c. 3. p. 8.

Osnabrugam inter & Wallenhorſtiam in jugo montis & opaco loco talis menſa conſpiciendam ſe præbet, tres pedes profunda, viginti ſeptem longa, novem fulcris ſubnixa, quæ eam tres pedes ſupra terram ſuſtinent. Ipſa tamen tabula vel ſuperior incumbens moles quatuor rupturis convulſa, quod a Carolo M. Francisque iſtic adverſus Widekindum pugnantibus factum arbitratur. *Nic. Schatenius in Hiſt. Weſtfaliæ* l. 7. p. 486. ſeq. noſtro tempore urnæ & dentes canini (inferius perterebrati, ut telesmatum loco fuiſſe videantur) inde eruti

ti demonſtrant, hoc monumentum ſubſecutis temporibus etiam ſepulturis uſum præſtitiſſe.

Diſcrepantia talium ararum a monumentis noſtris.

§. III. Quæ ſingula collata cum Monumento Salisburienſi aliisque ejus generis manifeſtam docebunt differentiam. Ut taceam, ſuperiorem ſaxorum planitiem in Salisburienſibus non fuiſſe ſuffecturam equorum, boum &c. ſacrificiis. Quod enim alia hujusmodi monumenta in Drenthia & Septentrione attinet, conſtat ſuperiores eorum lapides plane rudes, gibboſos atque ad ſacrificia fuiſſe ineptos. Accedit, quod nulli in ullis appareant gradus, quibus ſacerdos ſacra peracturus aſcendere & in ſumma eniti potuerit. Lucorum etiam, qui aras cingere ut plurimum ſolebant, in pauciſſimis ulla veſtigia, adeo, ut cum plerique Angliæ tractus, & inter eos Ceſtrienſis & Lincolnienſis Comitatus, Sommerſetia, Inſula Mona & Axholmia &c. abundent arboribus per inundationes terra obrutis, quas hodie paſſim effodiunt, ſolum tamen Salisburienſe iis plane careat.

In eo etiam, quod nulli

§. IV. Neque illud etiam prætereundum, majores noſtros

ſtros ſemper in uſu habuiſſe, ut aris & locis ſacris eas regiones ſeligerent, quæ puteum aut fontem vivum exhiberent abluendis victimis, & auſpiciis inde capiendis. Puteus ille Septentrionalibus populis *Blotkelda* vel *Blotabrun* dictus erat a voce *Blot* Sacrificium cruentum notante. (b) *Walzhyrna* quidem l. c. innuit, homines immolandos in puteum vivos fuiſſe præcipitatos; (c) verum diſ-

dutei unquam in hiſce locis fuiſſe videntur.

(b) Leges Uplandiæ Tit. I. c. 1. *Engin skal af gudum blota* h. e. nemo ſacrificia offerat Diis fallis. *Blothus* eſt lararium ſive ædicula ſacra, *Alfablot*, ſacrificium Alpibus ſive dæmonibus montanis, & *Haufut-blot* ſacrificium publicum in *S. Olafs Saga; Blotgodur* notat Sacrificiorum præſides ſive principes in *Trojæ Saga* p. 46. Mitiore etiam ſignificatione vox iſta ſumta pro cultu divino in genere, apud *Ulphilam*. Luc. 2. v. 37. *Blotande Fan nahtam giah dagam*, colens dominum nocte ac die. Marc. 7. v. 7. *ſvare mik blotan*, fruſtra me colunt. Inde variante dialecto factum *blauſtar*. *Tatianus Alexandrinus Harm. Evang.* c. 56. §. 4. p. 105. *Ih uuillu miltida nalles blauſtar*, miſericordiam volo, non ſacrificium. Radix eſt *blot*, vel *blut*, Sanguis, Anglis Bloud.

(c) *Mennum theim er blot adat* war *skyldi ſteipa ofuan*

diſcrepat *Eyrbyggia* cui malim accedere, cum alia etiam teſtimonia confirment, victimas illas humanas ad ſaxum præ-

De puteo templi Summi Argentoratenſis.

grande prius fuiſſe alliſas. Teſtatur hac de re Summum Argentoratenſium templum hodienum puteum mœnibus ſuis incluſum ſervans, ſacris gentilibus olim adhibitum. Hunc Remigius tempore Clodovæi, uti narrant, in uſum baptismatis Chriſtiani conſecravit, quod duravit usque ad tempora Reformationis tanta veneratione, ut aqua ejus in finitimos usque vicos portaretur non ſine aliis etiam ſuperſtitionibus; ex illo autem tempore cuilibet liber eſt, uſumque vicinis ædibus præſtat ob aquæ ſalubritatem. Confer rariſſimam (ob plures cauſas & eas imprimis, quæ Pontificiis minus favent) hujus templi deſcriptionem ab Oſea Schadæo 1617. editam 4to. p. 35.

Ejusmodi autem fontem vivum in vicinia Salisburienſis monumenti fruſtra quæſiveris, cum longe ab eo vix puteos

ofuan i fan thater uti war fyrir Dyrunum. h. e. homines immolandos præcipitare debebant in puteum, extra oſtium.

Digitized by Google

os nonnullos invenias aquandis ovibus excavatos.

Quæ ſingula omnem ſcrupulum iis debent eximere, qui monumenta noſtra aris accenſenda crediderint.

§. V. Varias tamen ſuperſtitiones ſuper petras a gentilibus fuiſſe peractas non negaverim. Id enim indicat indiculus (d) Superſtitionū ſubjunctus Concilio Liptinenſi ſub Carolo Majore Domus Kal. Mart. 743. habito: DE HIS QVAE FACIVNT SVPRA PETRAS.

Gentiles tamen varias ſuperſtitiones ſuper petras exercebant.

CAP.

(d) Indiculus hic primum editus a Principe Ferdinando Furſtenbergio Epiſcopo Paderbornenſi in ſecunda editione *Monumentorum Paderb.* p. 336. ex vetuſto Codice Bibliothecæ Vaticanæ. Deinde a Celeberr. *Herm. Conringio* in tertia editione libri *de Orig. Juris Germ.* p. 349. *Steph. Baluzio* item *Capitular. Regum Francorum Pariſ.* 1677. f. T. I. p. 151. *Labbeo Concil. Tom.* VI. p. 1541. ac tandem a doctiſſimo *Adolpho Neinders* cum luculento Commentario. De ipſo Concilio Liptinæ habito conf. not. Binii ad illud apud *Labbeum* l. c. p. 1539. ſeq. Mabillon. de Re Diplom. l. 4. p. 293. *De indiculo ſuperſtitioſo Liptinenſi Concilio ſubjuncto.*

Digitized by Google

CAP. IV.

Monumentum Salisburienſe neque Templum fuiſſe, neque aut a Romanis aut Britannis exſtructum.

§. I.

Quidam Salisburienſe Monumentum pro Templo venditarunt.

AD eos nunc deveniendum, qui pro Templis veterum Gentilium Monumentum Salisburienſe venditant. Quod enim ea attinet, quæ in aliis terris cerni memoravimus, vix arbitror, quendam eo fingendi audacia proceſſiſſe, ut idem de iis etiam affirmaret. Quo quidem loco cum duplici hominum genere nobis agendum videmus. Alii enim a Druidibus ac antiquiſſimis Britannis eam molem in hunc uſum exſtructam autumant, alii Templum & opus Romanorum dicere malunt. De ſingulis ſpeciatim diſpiciendum & primo quidem de poſterioribus, quorum anteſignanos habemus *Ignatium Jonam* libro ſupra memorato & *Webbium*, qui illius patrocinium pro affinitatis vinculo ſuſcepit.

Rationes, quæ nonnullos impulerunt, ut

§. II Momenta rationum pauciſſimis expendemus. Roma-



Digitized by Google

Digitized by Google

manum ergo opus esse adstruunt *illud crederent Romanorum opus esse.*

I. Ob cætera stupenda ac mirabilia Romanorum opera, quibus posteritati memoriam sui commendare annisi sunt.

II. Ob genus Hetruscum columnarum adhibitum.

III. Ob quatuor Triangula æquilateralia totum opus distinguentia, cujusmodi Romanis etiam cognita fuisse Vitruvius testatur. Quod ut eo planius intelligatur, notamus, Ignatium Jonam universo operi circularem formam tribuere, cujus diameter 110. pedum est, fossa 30. pedum latitudine cingente, quæ tribus aditibus patebat. Interiorem aream implebant circuli quatuor, quorum primus exterior (Fig. Lit. A.) impositis superne lapidibus continuum murum frequentissimis velut portis distinctum referebat; secundus (Lit. B.) pyramidales columnas; tertius (Lit. C.) similibus portis separatim dispositis atque e lapidibus maximæ molis constructis gaudebat, ultimus, sive intimus (Lit. D.) pyramidalibus iterum columnis. Posteriores series hexagonali figura facit. Jonas, leniter ab omni parte ascen-

denti clivo impoſitas, non ſine bile exprobrans Camdeno, quod *inſanam ſtructuram* nominaverit eam, quam ipſe omnibus numeris abſolutam elegantiſſimamque exiſtimat, & adjecta ſchemata dilucidius explicant.

Fig. VI. interiorem diſpoſitionem operis Ignatiani monſtrat. Lapides cruce ſignati, jam Jonæ tempore aberant.

Fig. VII. exteriorem ejus faciem habet.

IV. Ob duplicem porticum, exteriorem unam & alteram interiorem.

V. Ob juſtum & Romanis obſervatum ſpatium diſtantium columnarum ratione habita ad molem earum.

VI. Ob modum ſaxa per dentes memoratas connectendi, Romanis etiam uſitatum.

VII. Denique quod Romani frequentes in hac regione ſedes fixerint.

Refutatio illarum rationum. §. III. Præivit nobis in confutandis hisce argumentis *Charletonius*, cujus veſtigia, additis plurimis ab ipſo præteritis, legere non pigebit. Quod enim Ignatius Jonas primo loco memorat de majeſtate Romanorum operum, cui maxime ſtu-

de-

Digitized by Google


Fig. VII. ad Sect

ect. IV. §. 2



Digitized by Google

debant, illud minime dici poteſt de mole rudi, informi, impolita, cujusque vix unus quidem lapis alii aut forma aut mole ſimilis eſt. Quodſi quis oculis ſubjiciat magnifica illius populi monumenta, illorumque elegantiam cum noſtrorum velut barbarie conferat, næ iſte non poterit non intelligere, quid diſtent æra lupinis. Neque enim ſola vaſtitate & mole elegantiam ac majeſtatem operum menſurare fas erit. Ut taceam, in toto orbe terrarum nullum Romanorum opus exſtare, neque ullius veſtigia, quod cum noſtris aliquam præ ſe ferat affinitatem.

II. Genus Hetruſcum columnarum, quod Ignatius Jonas fingit, nemo inveniet in Monumento Salisburienſi, cujus columnæ naturali ordine, ſine ulla artis ope diſpoſitæ, tum inæquali magnitudine tum diſtantia plurimum abhorrent a genere Hetruſco.

III. Ingenioſam operis digeſtionem, quam Jonas exhibet, forte videri poſſet compoſuiſſe antequam ad lapideam molem ipſam accederet, tanta eſt diverſitas nemini non in oculos incurrens. Scilicet calamo facile delineaveris, quæ quilibet extra partes conſtitutus fruſtra

requirat. Neque ipſi Jonæ ſecum ſatis convenit. Quo pacto enim 3. introitus perſuadebit lectori, cum omnes lapides exterioris muri æquali ſpatio diſtare memoret, adeoque tot ſint aditus, quot diſtantium columnarum ſpatia?

IV Fruſtra operam conſumit, ut porticus duplices Romanis vindicet. Quis enim hic porticus animo vel fingere poſſet, cum hæ fuerint ambulacra contra pluviæ tempeſtatisque incommoda tecta atque ædibus ac palatiis connexa, quorum ne minima quidem veſtigia hic apparent.

V. Penes alios judicium eſto, quomodo moles diverſæ magnitudinis, ſitu variante atque inæquali ſpatio diſpoſitæ, elegantem proportionem magnitudinis columnarum ad diſtantiam earum efficiant.

VI. Connexionem ſaxorum per Morteſias ſana ratio cuilibet dictabit, etiamſi ne nomen quidem Romanorum unquam fuerit auditum.

VII. Septimo loco quod a ſedibus Romanorum in hoc tractu deſumit argumentum ex numero eorum eſt, quæ, ut ajunt, plus probant, quam debent probare.

Il-

Digitized by Google

Illud tandem contra Jonam etiam militat, quod Camdenus memorat, tempore Henrici VIII. Regis Anglorum tabulam æream prope Monumentum hoc fuiſſe inventam, quæ tamen, cum ignotos characteres exhiberet, quos doctiſſimi illius ætatis viri legere non poterant, neglecta atque deperdita fuit. Neque enim dubitaverim fuiſſe Anglo-Saxonicos aut Danicos, quia ſi Romani fuiſſent, eruditionem Thomæ Eliot & Lilii, Græcæ, Hebraicæ ac Latinæ linguæ peritiſſimorum, qui eos inſpexerunt, non potuiſſent effugere.

Eorundem rationes quibus, templum fuiſſe, contenderunt, refutantur.

§. IV. Videamus nunc quibus rationibus Jonas inductus Templum fuiſſe crediderat. Ait primo, ſpatioſam aream, quæ foſſam & molem ipſam interjacet, ejus rei teſtimonio eſſe. Huic argumento idem reſpondemus, quod ad ſeptimum ſuperioris §. regeſſimus, cum area latiſſima etiam pluribus uſibus ſit conveniens. Inſuper notandum, foſſam ipſam, quam toties allegat Ignatius Jonas, natales forte non niſi ingenio ipſius debere, cum nullibi certa ejus veſtigia reſtent.

Allegat ſecundo firmandæ cauſæ ſuæ

Digitized by Google

gratia grandiorem lapidem, quem ſupra demonſtravimus in interiore opere orientem verſus fuiſſe inventum, & cui in ſchemate Fig. adſcripſimus literam E. Ipſe lapis planus ac vix ſuper ſolum ſurgens ideo Jonæ viſus eſt aram referre, quod Vitruvius l. 4. c. 8. diſerte ſcribit: *aræ ſpectent ad orientem.* Verum cum reliquum opus circulari ac rotunda forma, ut putat, ſit conſtructum, mirum ipſi videri debuiſſet, aram non in medio ipſo interioris areæ fuiſſe collocatam ſuperabundante ubique ſpatio ad ſacra idoneo. Ratio vero, quæ impulit Romanos, ut aras & idola in orientali latere erigerent, iſta erat, ut ingredientes Templum ab occidentali plaga proni ſtatim atque imagines Deorum intuentes adorarent, quod quam male conveniat introitui quem Jonas orientem inter & Auſtrum effingit, ipſe non vidit. Ut taceam apud eosdem Romanos Jovi atque cœleſtibus numinibus (his enim & Cœlo imprimis dedicatum Templum putat Jonas) quam excelſiſſimas aras fuiſſe conſtitutas, teſtante eodem Vitruvio l. c. quorum ſacris inde humilis ac in terram depreſſus lapis non poterat inſervire. Atque

ut

ut etiam concedamus, lapidem hunc aræ vice functum fuiſſe, non tamen inde ſequetur, templum eodem loco exſtitiſſe, cum ſacrificia etiam ad ſepulchra facta infra oſtendamus. Suggerit quarto, ejusmodi templa rotunda ſine continente pariete, tectis etiam deſtituta a Romanis olim fuiſſe exſtructa. At id ipſum, in quo cardo rei vertitur, quodque veterum teſtimoniis erat firmandum, ſicco, quod ajunt, pede tranſit. Ultimo loco illud quoque in ſubſidium vocat, quod capita cornuaque boum & cervorum ibi nonnunquam effoſſa memorant incolæ, reliquias, ut putat, ſacrificiorum ibi peractorum. Verum, etiamſi vere talia capita fuiſſent eruta, (quod tamen alii æque fide digni pernegant,) ea tamen pari ratione ad ſacra prope ſepulchra facta trahi poſſent. Et ſi fides accolis habenda, qui tractum ſilveſtrem in tota illa planitie usque ad Ambresburiam fuiſſe perhibent, nihil vetat ſtatuere, iſta cornua & oſſa tali in loco poſſe inveniri, ubi neque aræ neque templa fuerint unquam.

§. V. Quæ cum ita ſint, longum nimis foret argumenta diſcutere, quibus hoc

Unde collabitur Jonæ ſententia, hoc

templum Cœlo fuiſſe ſacrum.

templum Cœlo dicatum evincere nititur. Quæ enim in hunc finem adducit (1.) de planitie (2.) tecti abſentia, (3.) forma circulari, (4.) ordine Hetruſco, (5.) ſacrificiis taurorum, (6.) pyramidalibus ac flammæ æthereæ ſimilibus lapidibus, deque duodecim angulis ingenioſæ ſtructuræ ſuæ, aut ficta aut incongrua nemo non exiſtimare debet.

Quidam Druidum templum credidêrunt.

§. VI. Progrediamur ad eos, qui ad remotiſſima tempora aſcendentes, ipſorum Druidum antiquiſſimorumque Britannorum templum fuiſſe autumant. Qua in re non ægre ferent Viri quidam Doctiſſimi inter Anglos, mihique ob ſingularem erga me favorem ſemper colendi, ſi ab eorum ſententia diſcedere cogar. Publicis ſcriptis qui eam opinionem propugnaverit neminem ſcio præter *Johannem Aubrey in Introductione ad Hiſtoriam Naturalem Wiltoniæ*, qui tamen nullam rationem addit. (a)

An-

(a) *Introduction to the Survey and Natural Hiſtory of the North-Diviſion of the County of Wiltſhire* inſerta libello cui titulus: Miſcellanies on ſeveral curious ſubjects: now firſt publiſh'd from their reſpective originals 8. Lond. 1714. p. 22. ſeq.

Digitized by Google

Andreas Paſchal in literis ad *Joh. Aubrey* (ibid. p. 18. 19.) amici cujusdam ſimilem opinionem perſcribit, qua templum illud putabat Anaraithæ, Deæ victoriæ, apud Britannos ſacrum fuiſſe. Rationes tamen quibus ſententiam ſuam fulcit, plane eædem ſunt, quas Ignatius Jonas pro ſua ſententia in aciem educit, quamvis nulla hujus Autoris facta mentione. Quare non erit, ut in refellendis adverſæ partis argumentis multum deſudemus. Facili autem opera probatum dabimus, tum e usmodi moles a templis aut locis ſacris Druidum multum abire, tum veteres Britannos non fuiſſe autores Salisburienſis molis.

§. VII. Majoribus noſtris antiquitus nulla plane templa fuiſſe, graviſſimi Scriptores memorant. De Perſis, veteri Scytharum germine id tradit *Herodotus* l. 1 c. 131. *Dinon. apud Clementem Alexandrinum, Strabo l.* 15. *Cicero contra Verrem* & l. 2. *de legibus. Æſchylus in Perſis* v. 365. & 811. De Germanis *Celſus* teſtatur apud *Origen.* l. 7. p. 384. & *Tacitus de Mor. Germanor.* (b) *Majores noſtri nulla templa habebant.*

(b) Et in hoc conveniunt reliquarum gentium mo-

Digitized by Google

Et Sacra peragabant in lucis Germani. Sacra autem peragebant in lucis, quod peregregius locus *Taciti* illuſtrat de M. G. *Cæterum nec cohibere parietibus Deos nec in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare ex magnitudine cœleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vident.* Inde eſt, quod apud *eundem* c. 39. Suevi Semnones habebant *Silvam auguriis patrum & priſca formidine ſacram*, &, ut ait *cap.* 40. in inſula Oceani celebrabatur *caſtum nemus Herthæ* h. e. Terræ; apud Naharvallos *antiquæ religionis lucus*, de M. G. c. 43. *lucis propinquis barbaræ aræ Annal.* l. 1. & alibi *lucus Baduhennæ in Friſiis*, *ſacrum* item *nemus Belgarum* &c. quæ ſingula peculiari diſcuſſione aliquando erunt perquirenda. Ita *in*

mores, uti de Romanis teſtatur *Ovidius* l. 3. *Faſt.* v. 295. ſeq.

Lucus Aventino ſuberat niger ilicis umbra
Quo poſſes viſo dicere numen ineſt.

Tertull. Apolog. c. 25. De aliis Gentibus pluribus agit *Ioh. Guil. Stuckius* de ſacris ſacrificiisque gentilium ed. 1598. fol. p. 40. ſeq. Fuit enim univerſalis hæc religio a primordiis mundi tradita, nec niſi ſpiſſioribus ſuperſtitionis tenebris abolita.

Digitized by Google

in vita S. Amandi, quam Baudemundus ſcripſit apud Surium Vit. Sanctor. ad d. 6. *Febr.* p. 909. T. I. (*conf. du Chesne Hiſt. Franc.* T. I. p. 645. ſeq.) refertur, arbores ac ſylvas a Gandenſibus cultas fuiſſe. *Sueci.* Suecis patria voce *Helgalundar* (ſanctæ ſilvæ) vocati iſti luci, & *Odenslund* imprimis ſive *lucus Odino Deo ſacer* prope Upſaliam in ſingulari & tanta veneratione erat, ut ſingulæ arbores ejus ex morte vel tabo (c) immolatorum divinæ crederentur. *Ericus Upſal.* l. 1. *Hiſt. Sueogoth. Loccen. Antiq. Sueo-Goth.* p. 18. ſeq. *Adamus Bremenſis.* Hos tanta religione colebant, ut non impune & ſine prona Deorum vindicta lædi autumarent. Id de Lithuanis paucis ante nos ſeculis refert *Michovius* cap 2. *Lithuani de*

(c) *Tabo* h. e. cruore affuſo. Alii, inter quos etiam Grotius eſt, *cibo* legunt, ſed minus recte, quod arguit *Lucan.* l. 3.

Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.

Hunc autem cruorem non arboribus modo & idolis aſpergebant, ſed ipſis etiam circumſtantibus hominibus, in quam ſententiam me ducit Hervarar Saga c. 1. & Dudo de moribus & actis Normann. l. 1. p. 62. ſeq. apud du Chesne Hiſt. Normann. Scriptor. *De cruore victimarum arboribus, idolis & circumſtantibus adſperſo.*

Digitized by Google

de Sarmatia Europæa, & *Æneas Sylvius de Europa* c. 26. De plebe in Suecia ſuæ ætatis exemplum habet *Loccen. Antiq. Sueo-Goth.* l. 1. c. 3. Unde lux accedit iis, quæ de Hercyniæ ſylvæ lucis ſcribit *Claudianus in laudibus Stiliconis* l. 1. v. 228. ſeq. Ait enim Germaniam ita ab eo eſſe devictam

Ut procul Hercyniæ per vaſta ſilentia ſilvæ,
Venari tuto liceat, lucosque vetuſta
Relligione truces & robora numinis inſtar
Barbarici noſtræ feriant impune bipennes.

Secures enim redire in cædentium corpora ſancta ignorantia & ſuperſtitio perſuaſerat, quod pluribus declarat *Lucanus* l. 3. v. 429. Chronicon enim vetus Suecicum non modo arbores ſingulas ſed & ramos earum ſingulos ſacros habitos tradit: *Hwar then quiſt i lunden war trodde the helig wara.* Sic *CHRON. RHYTM. the trodde huar quiſt ther helig war.* ap. *Scheffer. in Upſal.* c. 4. p. 33. De Alemannis *Agathias Hiſt.* l. 1. *Arborum illis cultus & amnium colliumque & vallium.* De Francis & ſtirpe Merovingi in ſpecie *Gregorius Epiſcopus Tu-*

Franci.

re-

ronenſis lib. 2. Hiſt. Franc. c. 10. *Sed hæc generatio fanaticis ſemper cultibus viſa eſt obſequium præbuiſſe, nec prorſus agnovere Deum; ſibique SILVARVM atque aquarum, avium beſtiarumque & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipſasque ut Deum colere, eisque ſacrificia delibare conſueti. edit. Lut. Pariſ. Benedict.* p. 63.

Incolumis aliquam diu remanſit ejusmodi lucus Deo ſacer, *Thorsloff* vel *Thorslaub*, Thori lucus, dictus in Jutia Diœceſeos Ahlburgenſis, anno 1441. demum in tumultu ruſticotum exciſus. *Worm. Faſt.* l. 1. c. 15. p. 55. Britannos, ut in aliis, ita in hoc etiam cum Majoribus noſtris Celtisque conveniſſe, probat *Tacitus* l. 14. *Annal. cap.* 29. Poſtquam enim deſcripſerat, qua ratione Mona inſula, receptaculum perfugarum ſedesque Druidum in poteſtatem Romanorum fuerat redacta a Paulino Suetonio, qui Britannos tum obtinebat, addit: *Præſidium poſthac impoſitum victis, exciſique luci ſævis ſuperſtitionibus ſacri.* Quod ſi enim templa adfuiſſent, quid opus erat, ut lucos tantum excinderet? cum id ageret Paulinus Suetonius, ut omnem barbaræ Religionis memoriam deleret. Subſecutis temporibus hanc ſu- *Britanni.*

ſuperſtitionem interdixit *Edgarus Rex Ang. in Canonibus Saxon.* c. 1. §. 16. De Venedorum, Livonum, Heſtonum, Pruſſorum vicinarumque gentium cultu arboribus & lucis exhibito præter *Erasmum Stellam & Helmold. Chron. Slavor.* l. 1. c. 84. conſulere juvabit *Emmonis Abbatis primi in Werum apud Omlandos Chronicon ad ann.* 1214. *ap. Matth. Anal.* T. 3. p. 26. *Cromeri Polon.* p. 245. *Epiſtolam Joh. Meletii* ad *Georgium Sabinum, ſubjunctam Davidis Chytræi Orationi de ſtatu Eccleſiarum in Græcia, Aſia, Boemia, edit. Francof.* 1583. 8. p. 243. 245. *Dusburg Chron. Pruſſ.* P. III. c. 1. De Norvegis legatur *Oddi Monachi Islandi Saga om K. Oloff Tryggwazon* p. 170. & *Jomsvikina Saga ap. Bartholin. Antiqu. Dan.* l. 2. c. 1. p. 228: De Ruſſis *Paulus Oderbornius ap. Chytr.* l. c. p. 226. De Lapponibus *Jo. Schefferi Lapponia cap.* 10. p. 99. & *Petrus Claudius in Deſcrip. Norvegiæ: Somma hafwa & ſtort Granatra till ſin afgudh, aliqui pro Deo colunt pinum proceram.* (d)

Venedi, Livones, Pruſſi &c.

Norvegi.

Ruſſi.

Lapponeſ.

§. VIII.

(d) De aliis lucis & arboribus ſacris videatur *Baldrici Chron. Cameracenſe* l. 2. c. 4. *Sulpitii Severi vita S. Martini* cap. 13. *Chriſtoph. Brower*

§. VIII. In illi lucis autem præ cæteris cultui divino seligebant annosam ac prægrandem quercum, quam Jovis Symbolum apud *Quercum præ ceteris colebant.*

wer. *Antiqq. Fuldenſ.* l. 3. c. 5. p. 190. de S. Sturmione, Saxonum Apoſtolo. *Ladislaus Rex Hungar. in Decret.* c. 22. *Vita S. Amandi fundatoris Monaſterii Nantuenſis apud Guichenonum. Paulinus Epiſt.* 38. *ad Jovium. Vita S. Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis ap. Sur. vit.* SS. *ad* d. 31. Jul. Tom. IV. p. 358.

Romani. *Seneca Epiſt.* 41: *Si tibi occurrit vetuſtis arboribus & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, illa proceritas ſylvæ & ſecretum loci & admiratio umbræ fidem Numinis facit.* conf. *Quintilian. l.* 10. *cap.* 1. *Inſtit. Orat. Ovidius Metam.* l. 8. v. 741. *Plin. Hiſt. Nat.* l. 12. c. 1. & l. 16. c. 44. *Benedictus Curtius* l. 4. *de hortis. Andr. Chriſt. Eſchenbach. Diſſ. de conſecratis Gentilium lucis. Laurentii Begeri Spicileg. Antiquit.* p. 52. Modum conlucandi ſive conſecrandi lucum prodit M. *Cato in lib. de re ruſtic.* c. 139. Idem

Græci. Græcis ſolenne erat, unde Poetæ omnia templa lucos appellarunt etiam arboribus carentia, teſte *Strab.* l. 9. p.

Indi. m. 632. ſeq. De priſcis Indorum Theologis Philoſophiſque *Strabo* l. 15. ex Megaſthenis ſcriptis memorat, & Curtius de reb. geſt. l. 8. c. 9: Deos putant quidquid colere cœperunt, arbores maxime,

apud Celtas fuiſſe memoriæ prodit *Maximus Tyrius* Diſſ. 38. & nos aliquando pluribus illuſtrabimus. Tales annoſas quercus admodum frequentes fuiſſe, inde licet colligere, quod *Plinius* l. 16. robora Hercynia mundo congenita dicit. Celebris imprimis erat olim *quercus Jovis in Haſſia* a S. Bonifacio ſucciſa, de qua doctiſſimam Diſſertationem ann. 1714. habuit Celeberr. J. H. *Schminckius* P. P. Marpurg. De mirandæ magnitudinis quercubus Pruſſicis pluribus agit *Dusburg Chron. Pruſſ.* P. III. c. 1. Eminebat inter illas una inter oppidum Wolaviam & vicum Oppen, tanta magnitudine, ut cum ſenio excavata eſſet, eques equo inſidens introire atque circum equitare poſſet, cujus rei periculum ipſe Albertus, Dux I. Pruſſorum, nec non filius ejus

Quercus præ-grandes Pruſſicæ.

Patriarchæ. quas violare capitale eſt. Neque piis veteris Teſtamenti lucorum uſus in veris ſacris ignotus fuit, prohibitus autem a ſummo Numine non alia ratione, quam ut Israelitarum gens tanto magis ab idololatria & vicinarum gentium exemplis revocaretur. Habet enim & umbræ obſcuritas & ſolitudo & ſilentium nonnihil, quod mortalium animos aliqua velut religione poteſt percellere.

Digitized by Google

ejus Albertus Fridericus fecerunt. Truncus circuitu 27. ulnas capiebat. Colebatur autem etiam poſt introductam Evangelii lucem tanta religione, ut, cum a ſuperſtitioſa plebe frequentes peregrinationes ſacræ eo ſuſciperentur, atque alii memoriæ cauſa nomina inſculperent, alii fruſtula ſecum auferrent, ipſa tandem arbor deficiente ſucco contabeſceret. *Hartknoch rer. Pruſſ. Diſſ. 6. th. 4. & 6.* Alia quæ Romoviæ erat horrorem nemini non incutiebat cruore ſacrificiorum undique in trunco hærente. Aliquibus locis cum erroribus magis magisque auctis Sacerdotes Chriſtiani populum cernerent in veteri ſuperſtitione obfirmatum, ſuarum partium eſſe rati ſunt, ut occaſionem lucri captandi non dimitterent, quod imprimis factum in quercu prope arcem Labilou Pruſſiæ, quam S. Jodoco dedicarunt diuque peregrinationibus ſacris venerati ſunt Pontificii (*Hartknoch. Diſſ. 14. th. 13.*) plaudente Clero, qui hoc pacto id efficiendum credebat, quod in alio ſenſu habet *Epiſtola* Epiſcoporum Ponti ad Leonem

Sacrificiorum cruore conſpicuæ.

Chriſtianorum ſuperſtitio.

Digitized by Google

Imp. poſt Chalcedonenſe conſilium, *piſcatorie agendum eſſe non Ariſtotelice.*

Nomen lucorum & reliquiæ ejus in monaſteriorum denominationibus.

§. IX. Hos lucos Germani vocabant *Hagen* & contracte *Hayne* a voce Hägen, parcere, alere, ſervare, (unde & *eine Hege, Hecke*, ſepes) & ſingulari cura, qua ne ſurculum quidem amputare fas ducebant. Hincque eſt, quod innumeræ oppidorum & pagorum denominationes his vocibus terminantur. Solebant enim primi gentium converſores illud imprimis curare, ut deſtructis idolis eodem loco Chriſtiana templa conſtruerent, quo facilius populus ad loca conſueta confluens ad puriorem doctrinam traduceretur. Confer, quæ diximus in Exercitatione noſtra de Dea Nehalennia pag. 71. ſeq. Innuit id *Eichenbrunn*, quaſi fons ad quercus, cœnobium Benedictinum in Suevia conditum extra muros Gundelfingiacenſis oppidi inter Danubium & Brentium amnem, in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli. Indicat porro *Elchingen* olim Eichlingen, cœnobium Sueviæ haud procul Ulma a vicino querceto denominatum; & *Zur Aych*, lo-

Ratio.

Exempla.

locus ob ſacras peregrinationes prope Argentoratum celebris, de quo Bernh. Herzog Chron. l. 3. f. 12. In Bavaria extant monaſteria *Oberaltaich* & *Unteraltaich*; & in Norico *Kurtzen-Altaich*, *Langen-Altaich*. Quemadmodum a lucis ac ſacris peregrinationibus nomen retinet *Waldkirch*, cœnobium Brisgoviæ juxta quod progreſſu temporis Urbs ejusdem nominis excrevit, uti plurimas Germaniæ urbes monaſteriis atque reliquiis ibi cultis originem debere, in proclivi eſſet demonſtrare. Ipſa vox *Wallfarthen*, qua peregrinationes religionis cauſa Pontificiis denominantur, compoſita ex voce *Wald*, quod ſylvam notat, & *fahren*, peregrinari, a qua etiam *fahrende Schüler* dicebantur Muſarum alumni, vagabundi, errones & ſtipem petentes. Druidum nomen retinet *Truttenhauſen*, Canonicorum Regularium S. Otiliæ montis in Alſatia amœniſſimo loco ſitum. In ſingulis enim locis iſtis, quamvis monaſteria ſtatim exſtructa, nemo crediderit, fuerunt tamen ædes ſacræ. Retinent etiam nomen illud plurimi loci tractus ad Almonam fluvium, *Hohen-Drüdingen*, *Waſſer-Drüdingen*, *Alten-Drüdingen*, (e) & vetus

e) in quo tractu etiam exſtant *Haynenkamm*, *Heidenhayn*, *Haynſfurt* &c.

denominatio pagi vel Comitatus *Truhendingen*, (f) ut *Dreux*, Galliæ oppidum taceamus. Numina etiam ibi olim culta referre videntur *Otinum* vel *Eutinum* Holſatiæ, *Odenheim*, inſtituti Benedictini cœnobium in Spirenſi, *Bilefelda Belunum*, *Vellaunodum*, *Oſterberga*, aliaque Urbium nomina.

Cultus arborum ſeveris legibus prohibitus.

§. X. Hanc tam frequentem Dryolatriam ſeveriſſimis legibus coërcendam putabant Principes, Epiſcopi, & Pontifices. Non repetimus Canones & Capitula ſupra allegata, in quibus arbores ſaxis junguntur. Addimus modo *Caroli M. Capitulationem de partibus Saxoniæ Capit. 21: Qualiter puniendi ſint, qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt: Si quis ad fontes aut ARBORES VEL LUCOS votum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit, & ad honorem Dæmonum comederit, ſi nobilis fuerit, ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus quindecim. Si vero non habuerit, unde præſentialiter perſolvat, ad Eccleſiæ ſervitium donetur, usque dum ipſi ſolidi ſolvun-*

f) indicant hæ voces judicium vel locum judicii Druidum. *Ding* Germanis res & judicium eſt, & ab iis judiciis in luco celebratis *Aychending* in genere dicebatur Ilicetum, teſte Ruſticano Terminorum ſupra allegato.

Digitized by Google

ſoluuntur. Baluz. Capit. T. I. p. 254. *Labb.* T. VII. p. 1133. *Concilium Nannetenſe cap.* 20: *Summo decertare debent ſtudio Epiſcopi & eorum miniſtri, UT ARBORES DÆMONIBUS CONSECRETÆ, QUAS VULGUS COLIT, ET IN TANTA VENERATIONE HABET, UT NEC RAMUM NEC SURCULUM INDE AUDEAT AMPUTARE radicitus exſcindantur atque comburantur. Ex Theodori Archiep. vel Bedæ Presbyteri Pœnitentiali. Regino* per tres annos illos pœnituiſſe memorat, qui votum ad arbores fecerint: *Conſuluiſti magos aut aruſpices aut incantatores aut ſortilegos, vel VOTA, QUÆ AD ARBORES vel fontes fiunt, voviſti, annos* 3. *pœniteas. De Diſcipl. Eccleſ.* l. 1. *edit. Baluz.* p. 143. *Halitgar. in Præf.* l. 6. *Burchard.* l. 19. c. 3. *Canon* 43. *Concil. Francofurtenſis ann.* 794. *De ARBORIBUS ET LUCIS deſtruendis canonica obſervetur autoritas. LABB.* T. VII. p. 1063. *Gregorii Papæ III. Epiſtola III.* ad optimates & populum Provinciarum Germaniæ, redeunte ad illos Bonifacio monet, ut ei obediant atque paganicos omnes ritus procul abjiciant: *Divinos autem & ſortilegos vel ſacrificia mortuorum ſeu LUCORUM VEL FONTIUM AUGURIA, vel phylacteria & incantatores & veneficos & maleficos & obſervationes*

ſacrilegas, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino reſpuentes atque abjicientes, tota mentis intentione ad Deum convertimini &c. Labb. T. VI. p. 1471. *Gregorius S. in Epiſt. ad Brunichildam Reginam* l. 7. *Ep.* 5. *Ind.* 1. *hoc quoque pariter hortamur, ut & cæteros ſubjectos veſtros ſub diſciplinæ debeatis moderatione reſtringere, ut idolis non immolent, CULTORES ARBORUM non exiſtant, &c. Baron. Annal. Eccleſ.* T. VIII. *ad ann.* 630. *edit. Antw.* p. 299. *conf. Burchard. Wormacienſ. Eccleſ. Epiſcopi Decret.* l. 10. c. 2. f. 132. *Concilium Avtiſiodorenſe ann.* 578. *Can.* 3. *Non licet compenſos in domibus propriis nec pervigilias in feſtivitatibus ſanctorum facere; nec INTER SENTES AUT AD ARBORES SACRIVOS* (g) *vel ad fontes vota exſolvere, ſed qui-*

Quid ſint arbores ſacrivæ.

g) Quid ſint ARBORES SACRIVÆ (ſacrivos cum allegato concilio vocat etiam Sanctus *Eligius* Noviomenſis Epiſcopus *in ſermone ad omnem plebem in appendice Tomi IX. Opp. S. Auguſtini Tract.* 20. ſine nomine autoris & apud S. Andoënum in illius vita) explicare poteſt *Lex Langobardorum lib.* 2. Tit. 38. §. 1. *Simili modo & qui ad arborem, quam ruſtici SANCTUM vocant, atque ad fontanas adoraverit, aut ſacrilegium vel incantationem fecerit, ſimiliter medium pretii ſui componat in ſacro palatio.* Ita quidem legunt alii, alii *Sanctivam* malunt. Mihi

quicunque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum aut pauperibus reddat. Labb. T. V. p. 958. Si fides indiculo ſuperſtitionum & paganiarum ſupra memorato, hæc ſylvarum ſacra *Nimidarum* nomine veniebant. Capit. 6. eſt: *De Sacris ſilvarum, quæ NIMIDAS vocant.* Celeberrimus *Baluzius* qui tantum in veterum monumentis Eccleſiaſticis deſudaverat, eundemque indiculum ediderat, ingenue mihi confeſſus eſt, ſibi in explicatione vocis hujus aquam hærere. *Nemidas* h. e. Nemoridas effingit *Calvær. Saxon. Antiq.* P. I. l. 2. c. 6. §. 168. p. 75. *Clariſſim. Hermannus Adolphus Meinders in Antiquitatibus Saxonicis & Francicis* p. 157. ad Nymphas, montium ſilvarumque præſides

De ſacris Nimidarum Emendatio.

E 5 recur-

dubium nullum eſt, legi deberi *Arborem Sanguinum*, quod & vetuſtiſſimi Codices MSti habent & conſtructionis leges ſuadent. Fuitque arbor ſanguinum non alia, quam ante alias cultui divino dicata, cruoribusque immolatorum illinita, quod ſolenne fuiſſe ſupra notavimus. Neque ab hac interpretatione abhorrent *ſacrivæ arbores* ſive *votivæ* & quaſi conſecratæ. Eadem enim vocis hujus ſignificatio eſt in *Leg. Sal. Tit.* 2. 15: *Si quis Majalem* (porcum caſtratum) *ſacrivum, qui dicitur votivus, furaverit, &c.* conf. Gregor. Turonenſ. 2. Mirac. 3.

Digitized by Google

recurrit, quas Dryades, Hamadryades & Napæas adpellabant. Nos aut omnia fallunt, aut vel incuria vel immaturo amanuenſium corrigendi pruritu vox *Nimidas* irrepſit pro eo, quo *Sacra Minima* ante indigitabantur. *Minima* autem proprie dicebantur, quæ ad fontes & arbores peragebantur, ea cauſa fortasſis, quod ob frequentiam hujus ſuperſtitionis minus refrenari poterant, adeoque indulgente Clero (quod modo probatum dabimus) inter minora peccata referebantur, minoribusque etiam pœnis coërcebantur. Inter majora vero crimina Idololatriæ habebatur, ſi quis divinos conſuluiſſet & incantationibus uſus fuiſſet vel telesmatibus, ſacrilegia etiam ſuper defunctos perpetraſſet, quæ corrupte in eodem indiculo nominantur *Dadſiſas*, cum *maxima* deberent ſcribi. Sententiam noſtram firmabit æque ac illuſtrabit *excerptum a beato Gregorio Papa III. editum* ex Patrum dictis canonumque ſententiis, de diverſis criminibus & remediis eorum § 26; *De his qui dæmonibus immolant: Qui immolat dæmonibus IN MINIMIS CAUSIS, id eſt ad fontes, vel AD ARBORES, unum annum pœniteat. Qui in machinis* (h. l. *magnis* legendum nemo, arbitror,

bitror, non colliget) *dæmonibus immolaverit ſecundum Canonicam Inſtitutionem 10. annos pœniteat. Sed humanius 7. annos diffinierunt* (definierunt.) *Ut arbitror, Dæmoniis in machinis immolare eſt ſuis turpiſſimis imaginationibus credere, vel cum per quasdam, quas Sanctorum ſortes falſo vocant divinationis ſcientiam profitentur, ſive in præcantationibus, ſive in characteribus, vel in quibuscunque rebus ſuſpendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars dæmonum ex quadam peſtifera ſocietate hominum & angelorum malorum exorta. Unde vitanda ſunt a Chriſtianis. Labb. Tom.* VI. p. 1483. Species horum ſacrorum erat *Frithsplottum and on ellenum*, quæ voces iterum multum torſerunt interpretes. Exſtant *in Canonibus editis ſub Edgaro Rege* & ſupra adductis §. 16: *Prohibemus, quæ homines adigunt in varios errores & in Frithſplottum and on ellenum, och eac on othrum mislicum treothum.* Interpres Latinus nihil horum intelligens in verſionem ea ipſa verba transtulit. *Schefferus Upſal. Antiq.* c. 4. p. 34. Sacra Frei per Frithſplottum innui putat. Verum peculiaria Sacra Freio vel Frejæ in ſilvis peracta nulla veterum monumenta produnt. Ad lucos autem illa

Quid ſit Frithsplottum and on ellenum.

illa referenda esse, quæ sub nomine Frithsplottum prohibentur, ipsa connexio vocum indicat, quæ tum Frithsplottum tum ellenum-blot tanquam species Dryolatriæ commemorat. *Frith* veteri Celtarum & Anglorum lingua lucum significat, & in specie planitiem silvis cinctam, quam sacris majorum aptam fuisse nemo negabit. *Plot* vel *blot* sacrificium est ex supra dictis & simili ratione compositum in vocibus *Disablot*, *Alfablot*. *Ellenum* ad alnos pertinet, Germanis *Ellern* hodieque dictas, quæ in tanta veneratione olim fuerunt & nunc sunt, ut quamplurimis in locis nefas sit stupidæ plebi ejusmodi arborem securi lædere, nisi flexis genubus ac præviis precibus ad Deam alni, quam fingunt, quibus supplices lignum mutuo petunt seseque reddituros pollicentur. Id multoties se vidisse atque audisse refert *M. Torgillus Arnkiel de religione Ethnica Cimbrorum* P. I. c. 30. §. 14. p. 179.

Hæ superstitiones circa lucos diu remanserunt in secularibus negotiis.

§. XI. Hæ superstitiones, quemadmodum in rebus ad religionem pertinentibus per Conciliorum ac legum severitatem utcunque fuere repressæ, ita in iis, quæ mundana

dana ac profana negotia videbantur reſpicere, diu manſere liberæ. Majores noſtri, cum de publicis rebus conſultandum erat, cum leges ferendæ, pax ſancienda, bellum inferendum &c. in lucis conveniebant ibique Comitia ſua celebrabant exinde dicta HAGE-SPRAKEN, collocutiones in lucis, quæ nunc corrupte efferunt *Hagelſpraken* Joh. Picardtus Chron. Drenth. p. 164. Ejusmodi campum novit Auricanus ager (Aurich) Friſiæ Orientalis, *Upſtallesbomum* dictum & tribus prægrandibus ac annoſis quercubus olim inumbratum. In eo Friſiæ orientalis ordines conveniebant de publicis rebus conſulturi *legesque*, quas inde *Upſtallesbomicas* dicebant, condituri. *conf. Matth. in not. ad Joh. a Leiden Chron. Egmondanum. Scotanus Frieſ. Geſchied.* l. 5. *ad* a. 1312. p. 166. 170. 173. *Emmo* Abbas primus in Werum apud Omlandos *in Chronico ab Ann.* 1204 *usque ad A.* 1237. de orientalium Friſonum incurſu circa ann. 1220. ſcribit: *Contremuit tota terra propter Juratos, quos Univerſitas Freſonum DE MORE VETUSTISSIMO creaverat APUD UPSTALLESBOME* ap. *Matth. Anal.* T. III. p. 85. *Idem* ad Ann. 1231: *Eodem anno ortum eſt* *Comitia in lucis.*

bellum

bellum inter Ernerenſes & Uthuſenſes propter inſulam, quam Jurati APUD UPSTALLESBOME Uthujenſibus adjudicaverunt. Et ad a. 1223: aderant ibi conſules terræ & jurati de *Upſtallesbome*; & mox: *Conſules terræ & jurati Orientales.* Leges Opſtalbomicas edidit Siccama. Mos ille in lu-

Conventus ſub quercu.

cis conveniendi diu hæſit, teſtantibus tabulis publicis ad annum 1248. confectis de Advocatia Braemſtede, quæ ita finiunt: *Actum juxta caſtrum HAGHEN* (quo loco ſacrum lucum olim fuiſſe nomen innuit) *PROPE QUERCUM vulgariter Stalecke nuncupatam* ap. *Joh. Schildium de Caucis* p. 91. Ilicetum etiam *Aychinding* appellatur in *Ruſticano Terminorum*, quod idem eſt ac locus judicii ſub quercu, (h) ſicut in *Mythol.* 14. *Eddæ* Dii quotidie ſub fraxino Ygdraſili judicia exercuiſſe perhibentur.

h) *Ding* judicium, mallus veteribus, unde *Dinghplichtig*, foro judicis ſubjectus, *Dingſtuhl*, ſedes Scabinalis, *Dinghdach*, dies juridicus, & compoſita *Gowdinck*, *Graefding*, *Holtzgeding*, *Freygeding* in Speculis Suevorum & Saxonum ſæpius occurrentia. *Huſtingum* & *Huſtingiam* Anglo-Saxones pro curia uſurpabant. *Tatian. Harmon. Evang.* c. 26. §. 2. p. 60. *ther iſt* ſculdigthinges, reus erit judicii.

Digitized by Google

bentur. Et ad eum morem reſpexiſſe videtur *Gallus Autor Comœdiæ* ſub Titulo *Queroli* conſcriptæ & *a Rob. Stephano* evulgatæ, apud quem ſequentia leguntur: *Ibi ſententiæ capitales de robore proferuntur.* Vix aliquot adhuc ante Secula Principes Germaniæ ſub quercubus convenire ſolebant deque litigiis ſuis tranſigere. In Anglia cum 1549. Norvicenſis urbs & vicinia contra Regem Senatumque arma ſumeret duce Ket, conventum ſuum conſiliaque agitabant jusque pariter veterum more dicebant ſub annoſa quercu, quam *Quercum Reformationis* (*the Oak of Reformation*) appellabant, ex qua etiam Matthæus Parkerus, (i) poſtmodum Archiepiſcopus Cantuarienſis fruſtra verba ad eos faciebat. (k)

§. XII.

i) Vid. The Life and Acts of Matthew Parker, the firſt Archbishop of Canterbury in the Reign of Queen Elizabeth, by John Strype. M. A. London 1711. fol. Burnet Abridgment of the Hiſtory of the Reformation l. 2. p. m. 344.

k) Sacræ literæ memorant Geneſ. 35. v. 6. Deboram Rebeccæ nutricem ſub quercu quadam ſepultam, & Abimelechem a Sichemenſibus ſub quercu in Regem inunctum. Jud. IX. v. 6. conf. Joſ. 24. v. 26.

Digitized by Google

Reſpondetur ad objectiones.

§. XII. Quæ cum ita ſint, non video, qua fronte templa tribuantur & moles, templa longe ſuperantes, populis, qui numina nullis parietibus includi, ſacrificiaque in lucis peracta immortalibus acceptiſſima credebant. Non me præterit, extare apud *Tacitum* duo loca, unde templa Germanis ſaltim in uſu fuiſſe quis colligere poſſet. *In libello enim de Moribus German.* Hertham Deam ſecreta religione ablutam templo fuiſſe redditam & Annal. l. 1. Tanfanæ templum memorat a Romanis ſolo æquatum. In priore autem loco Templum nihil aliud ſignificare quam lucum, omnia, quæ Tacitus de cultu Herthæ narrat, indicant. Tanfanæ templum quod attinet, hoc unicum erat, quod Germani finitimi Romanis, ad hujus gentis exemplum annis plus quam 80. ante Taciti Tempora ſub Auguſti imperio exſtruxerant. Subſecutis temporibus & Romanorum idololatria majora incrementa in gentibus aut devictis aut afflictis & attritis ſumente, mirum non eſt, Majores noſtros templa aliasque Romanorum ſuperſtitiones in uſus ſuos traduxiſſe, inter

De Templo Herthæ & Tanfanæ.

Digitized by Google

inter quæ celeberrimum quod Upſaliæ templum erat, ſuper omnia longe eminebat. At rudera etiam ejusmodi templorum, ſi quæ ſunt, longe aliam faciem præ ſe ferunt, quam quæ Salisburienſis molis debuit fuiſſe. In Drenthia etiam cui uſui tanta frequentia templorum fuerit non magis intelligo, quam quid ſibi voluerint duo illa, quæ in agro Briſtolenſi cap. 1. Sect. 1. memoravimus, perexiguo ſpatio inter ſe diſtantia, quorum alterum *Stanton Dru* dicitur non a Druidibus, ut communiter autumant, ſed a Drugone de Stanton, quem poſſeſſorem quondam hujus terræ veteres libri Feudales indicant.

Salisburienſem molem nec inter templa ſubſecutis temporibus exſtructa referenda eſſe.

§. XIII. Ut vero omnem ſcrupulum iis eximamus, qui Templum Druidum in mole Salisburienſi ſibi videre videntur, e re fore credimus, ut quanta licebit brevitate Britannos non potuiſſe ejus autores eſſe, commonſtremus. Non trahimus in noſtras partes ſilentium Romanorum Scriptorum, qui maximæ incuriæ rei agi poſſent, ſi literis non prodidiſ-

Britannos veteres ante adventum Romanorum non conſtruxiſſe Monumentum Salisburienſe.

Digitized by Google

ſent opus tum mole tum forma plane ſingulare atque a moribus ipſorum abhorrens. Quod enim in aliis ejus generis argumentis, hoc in noſtro etiam eventurum eſſet, ut plus probaret, quam debet probare, cum alia etiam ſint præclara & ab ipſis Romanis condita, quorum mentio in ſcriptis eorum fruſtra queritur. Et cum neminem habeamus ex Scriptoribus antiquiorem Gothofredo Monmuthenſi, qui vixit ætate Stephani Regis, & primus, quamvis fabulas & aniles nugas, de eo monumento reliquit conſignatus, abſonum foret credere, illud non diu ante jam exſtitiſſe.

Barbaries veterum Britannorum.

§. IX. Aliunde accerſenda ſunt, quæ ſententiam noſtram firment. Qua in re non vituperio ſed laudi debet duci, nationem a rudibus inconditiſſimisque moribus ad eam elegantiam omniumque literarum ſtudium fuiſſe traductam, ut nunc reliquis omnibus palmam reddat dubiam. Tantam enim, ut ita dicam, barbariem ejus gentis fuiſſe monſtrabimus, ut nemo jure poſſit ſuſpicari, ei illam ſtructuram deberi. Vivebant in ſpecubus vix agros colentes, nullis opificiis inſtructi, omnis architecturæ ignari,

Digitized by Google

ri, multarumque rerum maxime neceſſariarum & vicinis nationibus cognitarum notitia deſtituti. Juvabit ea de re veterum teſtimonia audire. *Strabo* l. 4: *Urbium loco ipſis ſunt nemora. Arboribus enim dejectis, ubi amplum circulum ſepierunt, ipſi caſas ibidem ſibi ponunt, & pecori ſtabula condunt, AD USUM QUIDEM NON LONGI TEMPORIS. Cæſar de* B. G. l. 5: *Oppidum Britanni vocant, cum ſilvas impeditas vallo atque foſſa munierunt, quo incurſionis hoſtium vitandæ cauſa convenire conſueverunt.* Et alibi: *Interiores plerique frumenta non ſerunt, ſed lacte & carne vivunt pellibusque ſunt veſtiti. Herodianus* l. 3: *veſtis uſum non cognoſcunt. Strabo* lib. 4: *Quidam eorum ob imperitiam caſeos nullos conficiunt, cum tamen lacte abundent: alii hortos colendi & aliarum partium agriculturæ ignari ſunt.* De ratione in ſpecubus vivendi agit *Pomp. Mela* l. 3. c. 6. *Dion Caſſius* l. 62. *Quævis herba & radix cibus eſt.* Idem ex Xiphilino l. 76: *NEC MOENIA nec urbes.* lib. 62: *Omnis arbor domus.* Ibidem: *Qui non agros colere, non opifices eſſe, ſed bella gerere optime didicerunt.* Quæ qui conferat cum vita, quam Americæ nonnullæ gentes hodieque agunt, parum intereſſe diſcriminis inter illas veteresque Britannos deprehendet.

Digitized by Google

Alios mores aliamque vitæ rationem demum ſub Julio Agricola induerunt, qui pro virili anniſus eſt, ut barbaros gentis mores ad normam Romanorum emendaret.

Quæ probat etiam Molem Salisburienſem non fuiſſe ſepulchrum Boadiciæ Reginæ.

§. XIV. Quæ eo quoque tendunt, ut oſtendamus, quantum a vero aberret *Anonymus Interpres Lucii Flori* (quem Charleton Boltonium fuiſſe ſuſpicatur) & auctor libri inſcripti NERO CÆSAR, edit. 1624. qui pag. 182. ſeq. Salisburienſe opus interpretatur monumentum ſepulchrale Boadiciæ fortiſſimi animi fœminæ, Reginæ Icenorum tempore Suetonii Paulini occiſæ, a Britannis conditum. Neque enim cauſæ ſuæ aliud præſidium habet, quam quod Dion Caſſius de ea refert: Britanni humaverunt eam magnifice.

Alia, quæ probant, hæc monumenta non fuiſſe Druidum templa.

§. XV. Porro, ſi Druides ejusmodi templa habuiſſent, unde eſt, quæſo, quod neque Gallia neque ſuperior & ad Rhenum vergens Germania talia templa oſtentet, ubi Druides tamen fuiſſe nemo inficias iverit? Cæſar, qui lib. 6. potiſſima de Druidibus

dibus nobis tradidit, & eos multa de ſideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputare perhibet; de Architectura plane tacet, cujus tamen oportet fuerint peritiſſimi, ſi fides addicenda illis, qui opus ingenioſiſſimum & a Druidibus conditum jactant. Accedit & hoc: Veritate Chriſtiana terris noſtris illata, omnes reliquiæ gentiliſmi radicitus delebantur, templis, aris, lucis, idolis &c. aut deſtructis aut ad uſum Chriſtianum converſis. Suſpicamur igitur jure meritoque monumenta noſtra, quæ etiam in Germania ut plurimum incolumia reſtant, in rerum ſacrarum & templorum imprimis cenſu non fuiſſe habita.

CAP. V.

Lapidum prægrandium in Comitiis & Regum electionibus uſus, ad noſtra tamen Monumenta non pertinens.

§. I.

MAjores noſtri de publicis rebus conſultaturi ſub *Conventus publici ſub dio*

dio convenire ſolebant, tum quia tanta multitudo nullo ædificio commode capi poterat, tum, ut ab omnibus magicis artibus atque incantationibus tuti eſſent atque immunes. *quare?* Hæc enim fuit cauſa, cur Auguſtinus Anglorum Apoſtolus cum Sociis Britanniam advectus in inſula Tanatos Ethelredi Regis colloquium expectare jubebatur. *Caverat enim Rex* (inquit *Malesbur.* l. 1. *de regib. Angl.* (*ne in aliquam domum ad ſe introirent, veteri uſus augurio, ne ſuperventu ſuo, ſi quid maleficæ artis habuiſſent, eum ſuperando deciperent.* Pluribus locis olim in Hibernia ſtatis temporibus ſub dio jus dicebatur. *Waræi Antiqu. Hib.* c. 8. p. m. 38. Idem obtinebat in Bremenſi & Luneburgenſi tractu. De Islandis teſtantur Schedæ Aræ multiſcii (a) de Islandia cap. 3: *Land that vard ſithan allz heriar ſe. Enn that logtho Lannsmenn til ALTHINGIS naizlo. Af thvi es thar Almenning at vitha til Althingis i ſcogom, oc a heithom hagi til hroſſa hafnar.* h. e. Terram iſtam, quæ jam communi poſſeſſioni ceſſe-

a) Hic liber rariſſimus Oxonii imprimi cœptus, ſed ob inopinatum editoris & Commentatoris Chriſtiani Wormii diſceſſum nondum ad finem perductus.

ceſſerat, uſui Comitiorum deſtinarunt poſtea incolæ, data venia cædendi ligna in ſilvis, & equos in paſcuis alendi. Conventum ſub dio Danorum Rex Ericus egit, *Chron. Slav. ad ann.* 1312. Poloni hodienum hunc Comitiorum univerſalium morem ſervant. Fecit illud locum, ut olim in Germania a tempore, quo ordines ad regni negotia digerenda coibant, Comitia in genere dicerentur *Campi Martii* & *Maicampi*, v. Urſperg. Chron. fol. 170. Annal. Franc. a Frehero editi ad ann. 770. 776. 779. Greg. Turonenſ. Hiſt. Franc. l. 2. c. 27. p. m. 79. unde corruptæ *Campi Madii & Magii* voces emerſerunt. Conf. *Juſti Fontanini Forojulienſis vindiciæ Antiquorum Diplomatum adverſus Barthol. Germonium* (*Romæ* 1704. 4to.) l. 2. c. 11. *Fredegarii Scholaſt. Chron. Contin.* P. IV. c. 125. p. 694. c. 131. p. 699. c. 132. p. 700. *Annales Metenſes ad Annum* 567.

De Maicampo, Campo Madio & Martio.

§. II. Illa vernalis temporis politica obſervatio in peſſimam abiit ſuperſtitionem. Cum enim reliquum tempus rari in publicum procederent Reges Meroveicæ ſtirpis, neminem non cupido incedebat

Superſtitiones ex Maicampi obſervatione enatæ.

Origo fabulæ de ſagarum

conventu in monte Bructerorum.

debat Principis ſui videndi. Concurrebatur undique a mulierculis imprimis & levi plebe, quæ otio ac vernali tempore inducta dies noctesque eamque præ cæteris, quæ adventum Regis Kalend. Maj. præcedebat, ſaltationibus, conviviis ac poculis ſub dio & in ſilvis tranſigebat. Poſt ea tempora, quamlibet mutata Regum vitæ ratione, & Comitiis publica lege in Martium menſem translatis, hærebat tamen in animis plebis priſtina conſuetudo, & cum alii quoque modo audita pro compertis haberent, alii vera in contrarium verterent, non modo conſuetudo Kalendis Maji commeſſandi, ſaltandi & arbores ante ædes plantandi ad poſteros transmiſſa, ſed fabulæ etiam confictæ de conventu, conviviis & choreis Sagarum & dæmonum in Sueviæ monte *Heuberg* dicto & in celebri monte Bructerorum ea nocte, quæ Kalendas Maji antecedit. conf. *Vagedes Diſſ. de Tonſura Childerici* c. 1. §. 3. *inter opp. Acad.* p. 92. ſeq. *& Queſt. Select.* 8. p. 282. Auxit forte ſuperſtitionem rumor, qui de Walburgis Sacræ virginis in monaſterio Heydenheimenſi ſepultæ ciſta ſepulchrali argentea increbuerat, ex qua cum die

die prima Maji oleum omnibus morbis medelam afferens diceretur deſtillare, frequens confluebat credula plebs. Hæc eo facilius ſimplicium mentes occupabant, quod jam ab antiquiſſimis temporibus homines dæmonum ope per aëra ferri & agitari perſuaſum erat, cui malo legibus etiam obviam eundum duxerant. *Gulaþings Lagen Kriſtendomsbalk* c. 1: *Omni diligentia inquirat Rex & Epiſcopus, ne exerceantur errores & ſuperſtitio ethnica, uti ſunt incantationes & artes magicæ, item SI QUIS PER AEREM DÆMONIACO ITINERE FERATUR; SI IN GENIOS LOCORUM CREDAT, quod tumulos aut flumina inhabitent; excubiæ nocturnæ ad exploranda fata; abjuratio Dei & ſanctæ Eccleſiæ, ut in tumulis opes inveniant, aut alio modo diteſcant, vel quæſita reſciſcant. Item ſi quis tentet lemures & tumulicolas excitare.* Hæc maleficia inter *Obotomal* referuntur, h. e. ea crimina, quæ ſola capitis pœna luuntur, vid. *Gulaþings Lagen Manhelgisbalk* c. 2. *Froſtaþings Lagen Manhelgisbalken* c. 3. *Biergvinnarlagen* cap. 3. *Islandzlagen Manhelgubalk* c. 2. *Verel. not. ad Hervarar Sagæ* p. 99. & ſatis firmant conjecturam, quam

De ſagarum itinere per aëra.

Von Hexenfahren, Bockholen.

ſupra in medium adduximus de ſacris Nimidis vel potius Minimis. *Concilium Rotomagenſe apud Burchardum* l. 1. c. 94. §. 44. & l. 10. c. 29: *Perquirendum, ſi aliqua fœmina ſit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum ſe immutare poſſe dicat, id eſt, ut de odio in amorem aut de amore in odium convertat, aut bona hominum aut damnet, aut ſubripiat. Et ſi aliqua eſt, QUÆ SE DICAT CUM DÆMONUM TURBA IN SIMILITUDINE MULIERUM TRANSFORMATA CERTIS NOCTIBUS EQUITARE SUPER QUASDAM BESTIAS ET IN EORUM CONSORTIO ADNUMERATAM ESSE, hæc talis omnimodo ex parochia ejiciatur.* Apud Saxonem lib. 1. p. 12. Diabolus aut magus ſub ſpecie decrepiti ſenis Hadingum Odini juſſu per aëra vexit. *Autor Capituli Runici*, in Edda Sæmundi Runis inſtructus artem viresque ſuas inter alia Cap. 18. in hunc modum jactat: Illud decimum novi, ſi videam veneficas per aëra volitare, ſic pervideo, ut errent a ſuo ſcopo: *That kann eg hid thunda eg eff ſie tunrider leika lopte A eg ſuo vynk ad their viller fara sinna heim hama sinna heim hug.* Atque utinam tanta commenta plebis ſolummodo mentes obcœcaſſent, in qua mulier, quæ primo

primo Maji die prima ignem depoſcit tum apud Hibernos Saga & incantatrix creditur,(teſte Camdeno) tum in noſtro etiam ttactu Bructero monti ſubjacente. Verum enimvero latius ſerpſit malum foraque tum Eccleſiaſtica tum civilia ſuo velut contagio afflavit, ut mulierculæ miſeræ ob crimina, quæ ne ſomniantes quidem cogitare potuerant, in vitæ diſcrimen adducantur, aut accuſatæ de raptu hominis per hircum facto (*bock holen*) fuſtigatione cöerceantur. Vide Jurisprudentiæ noſtræ ſummum Dictatorem *Carpzovium Deciſ. Illuſtr. Saxonicarum* P. II. *Deciſ.* 186. §. 9. Quod quidem opprobrio habendum eſſe noſtro ſeculo nemo negabit, cum non defuerint, qui temporibus ignorantia plane obnubilatis hujus rei veritatem perſpexerunt. Patrocinium noſtrum aget *Concilium Anquirenſe: Illud etiam non omittendum, quod quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Satanam converſæ, dæmonum illuſionibus & phantaſmatibus ſeductæ, credunt ſe & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum Dea & innumera multitudine mulierum equitare ſuper quasdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire ejusque juſſionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus*

noctibus ad ejus ſervitium evocari. NAM INNUMERA MULTITUDO HAC FALSA OPINIONE DECEPTA HÆC VERA ESSE CREDIT, ET CREDENDO A RECTA VIA DEVIAT, & in errorem paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum eſſe arbitrantur. apud Reginonem cap. 364. p. m. 345. *Burchard.* l. 10. c. 1.

Collium & Saxorum uſus in Comitiis.

§. III. In illis conventibus publicis edita loca electa fuiſſe non ſolum ab iis, quibus verba ad populum erant facienda, ſed iis etiam qui videndi cupiditate tenebantur, nemo mirabitur, teſtante præterea *Snorrone Sturleſonia.* Quemadmodum etiam apud *Saxonem Grammaticum lib.* 14. p. 241: *Nicolaus Danorum Rex, QUIA HABENDAM in COLLIBUS CONCIONEM tuto petiturus non videbatur, in oppido acquieſcere, quam incertam populi fidem diſcrimine ſuo tentare maluit.* Saxa etiam in hunc uſum fuiſſe adhibita diſerte habet *Ol off Tryggwazon Saga ab Oddo Monacho Islando conſcripta cap.* 24. p. 103. Olaum memorans pro concione dicturum ſaxum quoddam ſatis altum aſcendiſſe, ut omnibus conſpicuus eſſet, & ab omnibus exaudiretur. Confer Snor-

Digitized by Google

Snorronem in vita ejus T. I. P. VI. cap. 54.

§. IV. Ejusmodi autem lapidum usus emicuit præsertim in Regum electionibus. Ii enim penes quos suffragiorum jus erat, saxa grandia comportabant, cinctique frequenti turba conscendebant, tum ut eo melius oratio illorum perciperetur, tum, ut significarent, quemadmodum saxa pondere suo fere sint firma immobiliaque, ita fidem vicissim a populo æque ac Rege datam, debere esse firmam atque immutabilem. Erant autem plerumque duodecim saxa hodieque in nonnullis Septentrionis locis seniorum relatione celebrata. In eorum numero est *Kongstolen* seu sedes regia in Selandia prope Lethram, vulgo *Leire* (civitatem olim regiam) grandi lapide eligendo Regi destinato inter reliquos insignis. vid. *Stephan. not. ad Sax. Gramm.* p. 29. *Worm. Mon. Dan.* c. 12. Haud longe Upsalia etiam in planitie situs lapis *Morasteen* ab humili & lutoso solo appellatus, regiæ electioni ab antiquissimis inde temporibus fuit dedicatus. *Joh. Magnus Hist. Goth.* l. 21. c. 1. *Olaus Magnus* l. 8. c. 1. Neque in hunc censum referre veremur viginti *& regum electionibus.*

Digitized by Google

viginti lapides in Cornubia ſive Cornwallia, loco quem Biſcaw woune dicunt, in orbem diſpoſitos, in centro lapide cæteris omnibus multo majore exſurgente. Neque enim in ſententiam *Cambdeni* tranſire poſſumus, qui *Deſcript. Brit.* p. m. 139. trophæum aliquod Romanorum ſub poſterioribus Imperatoribus, vel Athelſtani Saxonis cum Danmonios deviciſſet, interpretatur. Longe enim alia facies Trophæorum, quæ a Romanorum victricibus armis relicta in aliis terris conſtat. Ut taceam, ſimilia ab *Olao Wormio in Monument. Danicis* in medium proferri in Dania exſtantia, quo Romanos nunquam penetraſſe ſatis conſtat. De lapide prægrandi, ſuper (b) quem Carinthiæ Duces olim fuere inaugurati, notior res eſt, quam ut pluribus eam illuſtrare neceſſe habeamus.

Monumenta hæc non poſſunt eſſe Trophæa.

b) Fuere, qui moles noſtras Trophæa Romanorum crediderunt, eas imprimis, quæ in Drenthia tractu cernuntur, qui tamen vel eo ſolo argumento poſſunt refelli, quod ridiculum foret credere, tot victorias in una regione fuiſſe reportatas, quot ejusmodi monumenta diverſis in locis non adeo late patentis regionis numerantur.

Digitized by Google

mus. Atque hoc fuit doctissimi *Charletonii* judicium, quo molem Salisburiensem Regum electioni olim destinatam fuisse asserit, sequentibus argumentis inductus. (1) quod in planitie sita (2) & in meditullio fere regionis (3) in clivo leniter ascendente, in quem omnium adspectus patebat. (4) lateribus cœloque aperto. (5) quia quam maximæ molis saxa in hunc locum collata (6) propter formam rotundam, qua suffragia ferentes hisque lapidibus insistentes regem cingebant. (7) quia lapis medius prægrandis cernitur, erectus olim sedesque novi regis. (8) quod nulli characteres literarum inciſi, nemine non ea ætate primo intuitu deprehendente & judicio assequente, quid talis moles sibi velit.

Fundamenta eorum qui loca comitiis destinata interpretantur monumenta nostra.

§. V. Verum enim vero cunctæ istæ rationes parum patrocinii & præsidii præstant sententiæ Charletonii. Aliæ enim eodem negotio probabunt molem istam fuisse Monumentum sepulchrale, aut saltim non refragabuntur, aliæ plus speciei habent, quam veritatis. Supra enim jam

Refutantur.

iam annotavimus, formam rotundam hujus molis non tam ipſi rei, quam Ignatii Jonæ ingenio acceptam eſſe ferendam. Quis præterea Charletonium edocuit, medium lapidem, qui nunc depreſſus in terram cernitur, quondam ſtetiſſe erectum? Quod autem quam maxime obſtat huic ſententiæ, ipſa ſaxorum altitudo eſt, in quæ nullus adſcenſus, nulli gradus patent quibus adiri potuiſſent a regni proceribus. Convenientiam hujus molis cum iis, quæ Drenthiæ ttactus oſtentat, ſupra demonſtravimus. Hæ autem tam rudes lapidibusque adeo inconditis & gibboſis compoſitæ, ut pedem nemo in iis queat figere, tanta inſuper frequentia ut tot Regum electiones in tractu exiguis limitibus circumſcripto comminiſci ridiculum foret. Accedit, quod plures in ipſo monumento Salisburienſi ſuperſint lapides pyramidali forma in acutum cacumen deſinentes, qui, quod neminem caperent inſiſtentem, impedimento magis debuiſſent fuiſſe in Regum electione ac Comitiis, quam uſui. Urnæ tandem ſub illis effoſſæ ſatis neminem non convincere poſſunt, eos lapides alii quam conventuum publicorum uſui fuiſſe deſtinatos.

SECTIO-

Digitized by Google

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT I.

Lapides noſtros fuiſſe Monumenta Sepulchralia probatur 1) ex popularium a majoribus devoluta traditione, 2) veterum Scriptorum teſtimoniis, 3) urnis aliisque rebus inde erutis.

§. I.

VIdimus in quibus alii a vero deviaverint. Annitendum nunc, ut firmioribus fulcris veritatem adſtruamus. Oſtendemus igitur qua poterimus brevitate, iſta monumenta, de quibus nobis ſermo eſt, Monumentorum Sepulchralium cenſu habenda. *Connexio.*

§. II. Invaluit apud omnes fere gentes, ut memoriam inſignium virorum & belli facinoribus imprimis ante alios eminentium publicis ac divinis poſt obitum eorum honoribus celebrarent, ſive quod tanta virtutis integritatisque vis ac ſplendor, ut reſtincta erga viventem invidia, omnium animos mentesque percellat inque ſui admirationem rapiat, ſive quod ex *Apotheoſis veterum.*

uſu Reipublicæ credebatur eſſe, ut bene merentium a) juſto honore, ſuperſtites edocerentur, qua via ad veram gloriam deberent eniti. Romanorum inde Apotheoſin Autores, nummi, marmora loquuntur, aliarum gentium in ea re hodieque ſuperans mos ab iis proditus eſt, qui Aſiæ, Africæ ac Americæ litora legerunt. Quidni igitur Arctoæ gentes idem feciſſent, qui omne fere jus omnemque gloriam in armis poſitam arbitrabantur. Certe apud *Lucianum* (b) Toxaris ait, Scythas ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum præſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant, etiam poſt mortem manere benefactorum præmia. *Adamus Bremenſis* de ſeptentrionis incolis cap. 233. juxta MStum Hafnienſe (cum editio Lindenbrogiana multis ſcateat vitiis) apud *Bartholin. Antiq. Dan.* l. 2. c. 1. p. 215: *Colunt & Deos ex hominibus factos, quos pro ingentibus factis immortalitate donant,*

Majorum etiam noſtrorum.

a) quos ut *Cicero* ait l. 2. *de Legibus* in cœlum merita vocaverunt.

b) *in Toxaride* p. m. 611. & in Dialogo *Scytha* ſeu hoſpes p. 340. conf. *Jenſius* in *Lection. Lucian.* l. 3. c. 3. p. 322.

Digitized by Google

nant, ſicut in vita Sancti Anſcharii leguntur Henricum Regem feciſſe. Omnibus itaque Diis attribuunt ſacerdotes, qui ſacrificia populi offerant. Ita de Grimo refert *Landnama: Þorolfr Smior var son Þorſteins Skrofu, Grimsſonar, Þeſs er blotinn var dudr fyrir Þocka sælld oc kalladr kamban.* h. e. Thorolfus Butyrum erat filius Thorſteini Skrofæ, cujus pater Grimus omnibus impenſe dilectus poſt mortem facrificiis placatus eſt, & nominatus Kamban. Quod exempla Thori, Tuiſconis, Hermionis, Moritasgi, Velledæ, Gannæ, Auriniæ, Matrum Aufanarum, Mopatum, Sueborum, Treverorum, Vaptiarum &c. Togotis, Thergerdæ, Yrpæ &c. fuſius poſſent, illuſtrare.

§. III. Hunc cultum ut externis ſignis declararent majores noſtri, tumulos tantorum Heroum vaſtiſſimis monumentis decorarunt, eundemque tandem honorem Regum, Ducum ac fortium virorum ſepulchris habuere, maxime bello cæſorum. Conſulatur ea de re *Saxo Gramm. præfat.* p. 4. *Snorro* poſtquam in præfatione egerat de tumulis, ait: *oc ſatte*

inter alia occaſionem dedit monumentis ſepulchralibus lapideis.

Bautaſteena dictis

ſtore ſtena der kos til en amindelſe, ſom de kallede BAUTASTEENA, h. e. apponebantque ſaxa ingentia in monumentum, quæ vocabant Bautaſtena. *Haavamaal Stropha* 61: *ſiall dann Bautaſteinar ſtanda Brautu a, nema reiſe nidur a Nid,* h. e. raro pyramides vel monumenta buſtorum videntur in triviis, niſi nepotes erigant parentibus. c) *Snorro* addit *in Ynglinga Saga* c. 8. p. 8. Illud ex præcepto Odini obſervatum, & eos lapides *Seierſtena* etiam ſive *victoriales* dictos notat *in vita Vanlandi Regis: bren de hanom veden AA ſom Scytaa kaladis oc der vpraiſte dehans SEIERSTENE eller graffſtene.* h. e. Cremabant eum ad fluvium Scytaa vocatum, ibi lapidem ejus victorialem aut ſepulchralem erigebant. *Crantzius* lib. 4. de Haraldo cap. 21: *Cupiens autem idem Rex Matri pro ſua virtute perenne monumentum inſtruere, quod Daniam vallo communiſſet, ingens ſaxum in litore repertum multarum manuum ope vix eruendum aggreſſus eſt. ex Sax.* l. 10. p. m. 185. Planius ejusmodi monumenta deſcribit *Snorro in Konung Harald Harfagers Saga* ſive

& Seierſtena.

c) *Bæut, Baud* ſanguinem notare ſcribit *Wormius* in Gloſſis Literaturæ Runicæ inſertis.

ſive Hiſtoria Regis Haraldi Pulchricoli c. 45: *J miþiom Hauginon var leg Harallds Kongs, þar var ſettur ſteirn annar aþ hoſþi enn annar aþ fotum, oc logþ þar hellann ofann a enn klaþit grioti tveimmeigina utann undir*, h. e. in medio tumuli ſepultus eſt Rex Haraldus diſpoſito utrinque lapide juxta caput pedesque ac ſuperimpoſita ſepulchrali petra, aggeſtis etiam ad latera lapidibus minoribus. Quis horum monumentorum convenientiam cum Weſtphalicis aliisque, quæ memoravimus, non videat?

§. IV. Confirmat hanc ſententiam conſtans ac per manus velut tradita popularium aſſertio. Danici enim ac Holſati ruricolæ de iis lapidum congeriebus interrogati, hoſtium monumenta ſepulchralia eſſe ac Suecorum imprimis ibi occiſorum affirmant. De Monumento Salisburienſi populares a majoribus relatum acceperunt, gigantes illa mole tectos atque ſepultos, quemadmodum alia moles in Oxonienſi tractu *Rollrichſtones* dicta, nomine ſatis indicat, Rollonem quendam principem ſub ea conditum. Quo tendunt etiam nomina

De traditione incolarum.

te Rolde, te Borger, te Drouwen, te Finaarle &c. Drenthenſibus impoſita. Haud procul Bircka Selandiæ Inſulæ tumulus viſitur, ſub quo gigantem Langbeen-Riſer appellatum ferunt ſepultum. Sexaginta paſſus longitudine habet, duodecim latitudine, ambitu quinquaginta ſex continet ingentis magnitudinis ſaxa. Moles percuſſa reboat, ut concameratum opus ſubeſſe facile quis colligere poſſit. vid. *Worm. Mon. Dan.* p. 8. Surboldum etiam Regem vel Ducem Friſonum monumento apud Humelingos in Embslandia, quod ſupra deſcripſimus, tegi, fama eſt, unde monumento etiam nomen *Surbolds haus* adhæſit. Quæ qui penſitet non mirabitur ſtupendas ejusmodi moles in Megapolitanis terris *Cœmeterii Venedorum* adpellatione venire.

De lectis Huynorum, Huynenbetten, Reuſenbetten.

§. V. Imprimis huc facit, quod omnia talia monumenta in Drenthiæ & Friſiæ tractibus generali nomine *Huynenbetten*, vel *Reuſen-betten* appellantur, hoc eſt Huynorum lecti, cubicula gigantum, ut interpretatur *Arend van Slichtenhorſt Gelderſſe Geſchiedeniſſen* p. 78. Hunnos, Pannoniæ gentem unquam huc pertigiſſe nemo credet vel levi

levi Hiſtoriæ notitia inſtructus. Sueciam etiam quondam invaſiſſe oppreſſamque aliquandiu tenuiſſe, quod refert *Vilkina, Saga & Chronicon vetuſtum de Hertnido & Oſantrige*, temporum rationes prohibent credere, unde aliunde derivandum nomen collis *Hunnenberg* in Weſtrogothia. Vera igitur ratio nominis (Huynen-bedden) inde accerſenda, quod *Hunne* veteri lingua *mortuum* ſonabat Friſiis, unde hodieque veſtis, qua defunctum induunt, Groningæ *Hunnenclede* ſive *Hunnenkleid*, veſtis defuncti appellatur. conf. *Hamconii Friſia* f. 76. Et quemadmodum vulgus cœmeteria & ſepulchra nocturno tempore vitat metu circumvagantium manium, ita ſaxeas etiam has moles a ſpectris noctu infeſtari perhibent. conf. *Biccard. Antiq. Drenth.* p. 34.

§. VI. Nonnullis in locis, iis præſertim, quæ prægrandibus non abundabant, colles rotundi e terra & ceſpite congeſti noſtrorum monumentorum vice fungebantur. Anglis dicuntur *Barrowes* & *Burrowes* vel ipſo nomine ſepulchra & colliculos indicante. (d) Oſſa, urnas, num- *De Collibus ſepulchralibus.*

G 4

d) *bebyrged* enim *ſepultus* dicitur in *Symbolo*

nummos, aliaque in iis invenias. Ejus generis eſt ille prope Selburium collis, in eodem tractu, qui Monumento Stone-henge ſuperbit, in faſtigium editus, vide *Cambden.* p. 117. Nec diverſus collis in orientali ſuburbio civitatis Dublinenſis prope Collegium S. Trinitatis, ex quo anno 1646. lapis ſepulchralis effoſſus eſt, qui oſſa hominis texit. *Waræus* l. c. c. 24. p. 103. ſeq. ſales plurimi in Septentrione, Bremenſi, Weſtphaliæ & Friſiæ tractibus, & unus imprimis anno 1714. a me obſervatus prope Heiloviam haud longe Alkmaria Friſiæ occidentalis. Exſtant & alii in vicinia, inter quos præcipuus *Huldtoneel* dictus, Beverwycum inter & Nootdorpium, Comitum inaugurationibus ſuccedente tempore deſtinatus, qui ibi tanquam domini Kennemerlandiæ in fidem accipiebant ſubditos, quod nos etiam dicimus *Huldigen.* Olai exſtincti corpus collis ejus titulo celeber prope Lethram ag-

Saxonico, quod Freherus edidit. *Gloſſæ Anglo-Saxonicæ* Bedæ nomen præferentes: *Byrigen, monumentum vel ſepulchrum. Leges Inæ Regis Anglo-Saxonum* cap. 54: *To thei theadan byrgenne*, ad mortui tumulum. Radix eſt vox *Berg* quæ collem hodieque Germanis notat.

Digitized by Google

aggeſtus excepit. *Saxo* l. 9. *init.* conf. *lib.* 9. p. 177. In *Olearii Itin. Ruth. Perſic.* IV. 7. in fine legimus, apud Wolgam flumen prope Samaram videri montem *Sariol Kurgan* dictum, ſub quo Tartarorum Dux Momaon cum 7. Czaaris ſive regibus ſit ſepultus. Haraldi corpus exercitus regio funere elatum, facto colle condendum curavit. *Saxo* l. 3. p. 43. Apud eundem *lib.* 3. p. 46. Boonis corpus magnifico funeris apparatu Rutenus tumulavit exercitus, nomine ejus inſignem exſtruens collem, ne tanti juvenis monumenta, a poſterorum memoria citius dilaberentur. Horwendillus etiam Collerum proſtratum, ne pacto abeſſet, magnifici operis tumulo proſecutus eſt. *ibid* p. 49. quo honore privari duriſſimum putabatur, ceu patet ex Amlethi ad populares oratione de parricidæ Fengonis a ſe interfecti cadavere: *Concurrite alacres, exſtruite rogum, exurite impium corpus, decoquite ſceleſtos artus, ſpargite noxios cineres, disjicite immites favillas; non urna, non tumulus nefandas offium reliquias claudat.* *Saxo lib.* 4. p. 55. conf. l. 6. p. 119. Pertinent huc colliculi de quibus *Marc. Welſerus Chron. Auguſt. Part.* I. f. 25. *Welſeri & Münſteri errores.*

ſatis erronee ſcribit: *reperiuntur in territorio Auguſtano prope certos aliquos pagos ad viam monticuli ſive colliculi, quos in aprico eſt manibus eſſe congeſtos atque ea dexteritate in orbem compactos ceu tornati forent. Et hos limitum loco fuiſſe ſtatuo. Hiſce veteres conſueverant ſubdere carbones, cineres, teſtas confractas atque calcem &c.* conf. *Sect.* 2. c. 4. p. 79. Cuinam enim unquam iſta conſuetudo inaudita? & quis non ſuſpicetur, cineres & carbones urnis incluſos fuiſſe, quas effodientium incuria confregerat & disjecerat? Profecto non minore riſu tale Welſeri figmentum excipiendum, quam illud *Münſteri lib.* 4. *Cosmograph. cap.* 49. p. 698. qui urnas in Polonia erutas, naturæ, non artis opus credidit. Diſcrepant inter ſe Scriptorum judicia de vetuſtiſſima & famoſiſſima pyramide vulgo *Eigelſtein* dicta, nunc munitionibus Moguntinæ urbis incluſa. Altitudo ejus eſt 100. pedum & circuitus 132. Figuram exhibet *Schedelius in Chron. Norimbergenſ. fol.* 39. b. Difficile judicatu eſt, cui uſui fuerit olim dicata. Non abſona tamen *Georgii Wicelii* ſententia, qui *in præfatione ad Hagiologium* non a forma glandis (*Eichel* Germanis dictæ) ſed ab *Eigel*, princi-

De Monumento Eichelſtein.

principe gentili, cujus combuſti cineres in hac columna aſſervarentur, nuncupatam autumat. Alii trophæum aut Monumentum ſepulchrale in honorem Druſi conditum malunt, vid. *Serrar. Rer. Moguntin.* p. 65. *Chriſt. Gotthülff pecul. libello anno* 1697. *forma minore edito*, quos doctiſſime refellit *Tenzelius Colloqu. Menſtr. Menſ. Auguſt.* 1698. p. 670. ſeq.

§. VII. Hoſtibus navali prælio ſuperatis victores commilitonum cadavera navibus hoſtilibus imponebant aggeſta humo atque arena in modum collis. *Snorro* de tumulatione Egilli: *Hacon Kongur toc þar ſcip þa er uppi haſþi fiarat, er att hoſþo Eireks Synir, oc let draga a Land upp, þar let Hacon Kongur leggia EIGIL ullserk i ſcip, oc meþ honom alla þa mean er af þeirra liþi hoſþo fallit. Let bera þar a iorþ oc griot. Hacon Kongur let oc fleyce ſcip upp ſetja, oc bera a valinn, oc ma sia þa hauga enn fyrir ſunnannan Fræþar Berg.* h. e. Rex Haco occupatis navibus bellicis, quas in litore deſeruerant Erici filii, eas in ſiccum duci juſſit. Ibique Egilli (Eigel) pluriumque commilitonum cadavera navi imponi, atque his humum

De tumulis navali prælio cæſorum.

humum & arenam alte ſuperſterni. Quin & plura in continentem ſubducta navigia ad tumulos portata ſunt, quorum adhuc in collibus elatioribus veſtigia comparent ad meridionale latus montis Fradii. *Konung Hacon Adalſtens Foſtres Saga*, h. e. Hiſt. Haconis Boni, qui vulgo dictus eſt Adelſteinii filius adoptivus.

Tumulorum diſtinctio a ſepulchris Chriſtianorum.

§. VIII. Ipſe Haco in ultimo mortis articulo profeſſus, ſe vitam vixiſſe ethnicam, nec omnino alio beneficio dignum, niſi more ethnico ſepeliri, contumulatus eſt aggeſto ingenti tumulo cum inſignibus armisque ſuis, ac ſupellectile pretioſiore, exceptis divitiis. *Ibidem cap.* 32. Quem locum explicant verba *Legum Weſtrogothorum* de Lumberto Legifero Weſtgothorum: *ther ligger han i enom colla, fore thy athan war hedhan*, h. e. ibi ſitus eſt in colle, quia ethnicus erat. Ut enim introducta luce Chriſtiana ab omnibus gentilitatis reliquiis magis averteretur populus, tum funerandi ratio tum locus imprimis mutatus a primis converſoribus, ita ut Chriſtiani mortuorum etiam ethnicorum ſocietatem vitarent. *Capitulatio Caroli M. de partibus Saxo-*

Digitized by Google

Saxoniæ Capit. 22: *UT CORPORA DEFUNCTORUM IN COEMETERIIS ECCLESIÆ SEPELIANTUR: Jubemus, ut corpora Chriſtianorum Saxonum ad cœmiteria Eccleſiæ deferantur & non ad tumulos paganorum. ap. Paluz.* T. I. p. 254. conf. Capit. 6. Loca Chriſtianis ſepulchris deſtinata dicebantur Germanice *Gottesæcker*, ſine dubio quia ſemini comparantur corpora defunctorum fidelium, I. *Corinth.* XV. v. 35. *Johann.* XII. v. 24.

De urnis aliisque ſub monumentis ſaxeis repertis.

§. IX. Saxeas noſtras moles fuiſſe monumenta ſepulchralia ea inſuper evincunt, quæ quotidie inde eruuntur. Sub ea, quæ in Salisburienſi tractu conſpicitur ſæpenumero urnas, oſſa, carbones, nummos, arma aliaque veteris ſupellectilis fuiſſe reperta, conſtat inter omnes. Lege præter *Camdenum* l. c. *Stow.* f. 58. *Speed.* l. 7. *Ignatium Jonam* p. 76. & 94. Idem de Friſicis & Drenthenſibus confirmat *Ludovicus Smid* in *Nederlandſchen Oudheeden* pag. 327. De Weſtphalicis Doctiſſ. *Jodocus Hermannus Nunningh in Sepulcreto Weſtphalico-Mimigardico-Gentili* c. 4. p. 25. De Cimbricis, Bulckenſi imprimis aliisque Arctois *Joh. Daniel Major* in

in Cimbria populis repleta, (e) *cap.* 27 ſeq. *& cap.* 42. ſeq. Sub nonnullis ejusmodi Saxorum congeriebus in Holſatia ſpeciatim juſſu ſuo perfoſſis Elector invictiſſimus Wilhelmus Fridericus Tollio affirmavit, ſe numiſmata quædam reperiſſe, urnis & oſſibus forte jam ætate conſumptis, aut fodientium ignorantia disjectis. vid. *Tollii Epiſt. Itinerar.* 2. p. 43. Eorum, quæ inventa ſunt ſub ejusmodi lapidibus in Luneburgenſi tractu paſſim obviis magnam copiam collegiſſe Clariſſimum *Dobingium* accepimus. Ex Helmſtadienſibus pariter urnas nonnullaque alia Antiquitatis cimelia eruta novimus. Neque dubium eadem ſub omnibus aliis ejusmodi monumentis inventum iri, ſi diligens & cauta manus perſcrutetur.

Catalogus Scriptorum, qui de urnis in Germania repertis egerunt.

§. X. De Collibus ſepulchralibus & urnis ſub illis inventis notiſſima res eſt, cum imprimis Germania hiſce venerandæ Antiquitatis ruderibus adeo abundet, ut nullam Europæ partem exiſtimem tam fœcundam Scriptoribus, qui peculiaribus libellis ea ſibi ſumſerunt illuſtranda. Sicco, quod ajunt, pede ea omnia tranſi-

e) *Bevölckertes Cimbrien.*

tranſimus, quæ iis perdocte nonnullibi ſunt notata, cum opellam noſtram ultra modum, quem nobis initio indixeramus, videamus exſurgere, & alia reſtent memoratu haud indigna, quæ fruſtra in eorum ſcriptis quæras. Ut tamen Lector habeat, unde urnarum & ſepulturæ veterum notitiam ſibi comparet, non ingratum fore credimus, ſi brevem catalogum illorum Scriptorum hoc loco ſubjiciamus. Exſtat, *Jacobi a Mellen*, Eccleſiæ Lubec. Presbyteri Relatio de curioſis nonnullis circa tumulos ſepulchrales Cimbricos obſervationibus, quas cum illo communicavit *Chriſtianus Dethlevus Rhodius*, Eccleſiæ Barmſtettenſis in Comitatu Ranzovio Paſtor, in *Novis Literariis Maris Baltici & Septentrionis Menſ. Mart.* 1699. p. 88. ſeq. *& menſ. Jul.* 1699. p. 219.

Alia ejusdem *Rhodii menſ. Decembr.* An. 1699. p. 368. quam notis illuſtravit *Sperlingius Menſ. Januar.* 1700. p. 14. *ſeq. conf. Menſ. Jun.* 1702. p. 180. *ſeq.*

De Cimbricis in genere bene meriti ſunt *Daniel Major* & *Torgilles Arnkiel* præclaris operibus. De Antiquitatibus quibusdam & tumulis veterum Fionenſium, circa Cartemundam & vicina

loca

Digitized by Google

loca effoſſis *Matthiæ Henrici Schachtii* Diſſertatio habetur in *Novis Literariis Maris Balth. menſ. Novembr.* 1700. p. 333. ſeq.

Tumulum cum urnis aliquot non ita pridem in Ducatu Bremenſi inventis peculiari Diſſertatione exhibuit *Joh. Chriſtianus Schulenburg*, Rector Gymnaſ. Bremenſis 1697. 4to.

De Venedicis aut Germanicis prope Luchoviam effoſſis Epiſtola *Georgii Frid. Mithofii* data Luchovia d. 17. Maji 1691. inſerta eſt *Collectaneis Etymologicis Leibnizii* P. II. p. 335. ſeq. quibus & nos nonnullas addere poſſemus, quas inter una præ cæteris memoranda apud me exſtat prope vicum Prezell, Dynaſtiæ Gartovienſis ſub Illuſtriſſima BERNSTORFFIORUM familia efflorescentis, effoſſa, quæ argillæ admixta habet glaciei Mariæ vel lapidis ſpecularis fruſtula. Reſiſtunt omni ignis atque diſſolventium aquarum vi, unde in ſymbolum immortalitatis addita quis poſſet dubitare. (f)

Weſt-

f) Differunt permultum a Talci argentei lapide tum Venetico tum Anglico & illo, qui in Ruſſia foditur. Differunt pariter a glacie Mariæ, quam Saxonicæ fodinæ ſuppeditant igni cedentem. Plane autem conveniunt cum ea, quæ ex Moſcovia advehitur.

Digitized by Google

Weſtphalicas Urnas illuſtraverunt *Nunningkius* & *Cohuſius* libellis ſupra memoratis.

Collectanearum Naturæ, Artis & Antiquitatis Specimen primum Antiquitatis ſive urnæ ſepulchralis extra urbem Moguntinam erutæ deſcriptionem edidit *Joh. Craftus Hiegell* M. D. Moguntiæ 1697. 4to.

Stolpenſes urnas in Pomeranica deſcripſit *Jac. Colbergius.*

Veſontinas *Joh. Jac. Chifletius.*

Ileburgenſes *Joh. Georgius Franckius.*

Haynenſes *Chriſtianus Adolphus Balduinus.*

Lutherſtadienſes *Dav. Sigismundus Buttnerus.*

Pruſſicas *Chriſtophorus Hartknochius.*

Jerichovienſes, Kœthenas, Arnſtadinas & Rudislebienſes *Joh. Chriſtophorus Olearius.*

Norimbergenſes *Joh. Jacobus Leibnizius.*

Marchicas *Joh. Chriſtophorus Beckmannus* & *Gotthilf Treuerus.*

Lignicenſes atque Pilgramsdorfienſes *Chriſtianus Stieffius* qui plures horum autorum allegat in doctiſſima epiſtola anno 1704. 4to edita.

Digitized by Google

Onolsbacenſes illuſtrabit Vir doctiſſimus *Chriſtophorus Feuerlein*, Gymnaſii Onolsbacenſis Rector, in perquirendis patriæ antiquitatibus occupatiſſimus.

Illud autem in omnium fere quos in medium produximus editis ſcriptis deſideramus, quod neglectis majorum noſtrorum moribus, nihil fere niſi Romana crepent, iisque libellos ſuos effarciant pene totos.

CAP. II.

De cauſis, quæ majores noſtros impulerunt, ut ſimul cum defunctorum cadaveribus bellicam æque ac domeſticam ſupellectilem, equos, nummos aliaque conderent. Dogmata majorum noſtrorum de ſtatu animarum poſt mortem explanantur.

§. I.

Majores noſtri pretioſiora & quæ defunctis chara fuerant, tumulis eorum inferebant.

VIdeamus jam, quid fuerit in cauſa, cur Arctoæ gentes defunctorum tumulis ſimul conderent bellicum utplurimum ſupellectilem, equos, divitias. Romanorum enim

enim & Græcorum figmenta de Charonte atque portorio numerando, ut alia ignoraſſe certum eſt. De Gallis ait *Cæſar* de B. G. *lib.* 6. c. 18. *Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo ſupra hanc memoriam ſervi & clientes, quos ab iis dilectos conſtabat, juſtis funeribus confectis una cremabantur.* Idem mos ſeptentrionalibus obſervatus. *Tacitus de Morib. Germ.* c. 27: *Funerum nulla ambitio; id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec veſtibus nec odoribus cumulant. Sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur &c.* De Danis *Saxo Grammat.* lib. 8. *Cumque ſuperjectum ignis cadaver abſumeret, mœrentes circuire proceres impenſiusque hortari cunctos cœpit, ut arma, aurum, & quodcunque optimum eſſet, liberaliter in nutrimentum rogi tanti taliterque apud omnes meriti Regis transmitterent.* *Scythæ*, ut habet *Herodotus lib.* 4. *cap.* 71. *ſepeliunt cum Rege eum, qui vinum miſcebat & coquum & equiſonem & miniſtrum & eum qui erat a nuntiis, nec non equos & aliarum rerum omnium primitias, quin etiam phialas*

Galli.

Germani.

Dani.

Scythæ.

aureas. Nam argentum aut æs nihili in uſu habent. His actis humum certatim atque avide injiciunt, cupientes tumulum quam maximum eſſe.

Alii transmigrationem animarum ſtatuebant, alii ſine hac animarum ſedes poſt mortem credebant.

§. II. Hujus rei cauſa altius repetenda eſt. Conveniebat inter omnes, hominum animas eſſe immortales neque unquam interituras. Videatur *Mela*, *Appianus*, *Strabo*, &c. In eo autem in diverſas abibant ſententias, quod alii transmigrationem illarum more fere Pythagorico (a) effingebant, alii locum poſt obitum a campis Eliſiis haud multum abludentem ſtatuebant, lætum imprimis eis, qui bello occubuiſſent. De illis intelligendus *Diodorus lib.* 5. *Marcellinus lib.* 15. & *Cæſar lib.* 6. *cap.* 14. de Druidibus ſcribens: *Imprimis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem transire ad alios; atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto.* De origine hujus ſententiæ & frivolis rationibus,

De Metempſychoſi

a) Pythagoras hanc ipſam doctrinam a majoribus noſtris hauſiſſe videri poteſt, ſi *Clement. Alex. Strom. lib.* 6. & *Euſeb. Præp. Evangel.* l. 10. c. 2. ſequamur.

Digitized by Google

nibus, quibus noſtra ætate nonnulli labantem ſuſtentare anniſi ſunt, inſtituti noſtri anguſti termini agere vetant. Germanorum & Septentrionalium Metempſychoſis in eo tamen a Pythagorica abibat, quod non in pecorum aliarumque animantium corpora, ſed in ſola humana iterum concedere autumabant. Non me præterit, eſſe nonnullos, qui præpoſtero patriæ amore adducti, & hunc nævum a majorum gloria abſtergere nitantur, affirmantes, a ſolis peregrinis Scriptoribus aut ignorantia aut invidia abreptis tribui, quod nulla patriæ monumenta admittant. At hos refellimus vel ſolo teſtimonio *Eddæ Antiquæ*, quæ Sæmundo Frode tribuitur, & in *Oda* quæ *Helgaquida Hundings bana aunnur* inſcribitur ſequentia habet: *Sigrun vard skammlif af harmi oc trega. Þat var trua i forneskio at menn væri endrbornir, en Þat er nu kaullud kerlinga villa. Hengi oc Sigrun er kallad at væri endrborin, het hann Þa Helgi Haddinga skadi, en hon kara Halfdanar dottir.* h. e. Sigrunda (Helgonis uxor) dolore & mœſtitia paulo poſt exſtincta eſt. Credebatur antiquitus homines iterum naſci, illud vero nunc pro anili errore habetur. Helgo &

Sigruna iterum nati fuiſſe dicuntur; tunc ille Helgo Haddinga skadi dicebatur, illa vero Kara Halfdani filia. conf. *Bartholin. Ant. Dan.* l. 2. c. 1. pag. 208. Ea perſuaſio illud efficiebat, ut animi ferociſſimi ad bella eſſent meliores paratioresque, nullo mortis metu perculſi, teſtibus *Appiano in Celticis*, & *Mela lib.* 2. c. 2. quos optime exprimit *Lucanus lib.* I.

-- -- *Certe populi quos deſpicit Arctos,*
Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus, inde ruendi
In ferrum mens prona viris animæque capaces,
Mortis: & ignavum eſt redituræ parcere vitæ.

Qui Metempſychoſin non ſtatuebant, duplices faciebant ſedes animarum, alias ante crepuſculum Deorum, alias poſt illud.

Quid ſit Ragnarockur vel Crepuſculum Deorum?

§. III. Hi, qui ſine animarum transmigratione aliam poſt obitum hominis vitam ſupereſſe ſtatuebant, duplices primo animarum ſedes faciebant. Alius enim ſtatus erat earum ante CREPUSCULUM DEORUM, alius poſt illud. *Crepuſculum* autem *Deorum* vel *Ragnarockur* nihil aliud eſt, quam exitium Deorum & exuſtio mundi. Credebant enim, vel potius fabulabantur, tandem poſt ſæviſſimas hyemes, cruenta bella & atro-

atrociſſima mortalium crimina duos lupos erupturos, qui ſolem & lunam devorent, e cælo ſtellas ſubductum iri, terram titubaturam; *Fenrin* lupum (in exitium Deorum natum quemque firmiſſimis vinculis hactenus conſtrinxerant) disjectis catenis cum plurimis aliis monſtris proruturum; *Biföſtam* ſive iridem, per quam aditus in cœlum ante pandebatur, fractam lapſuram eſſe. Aſas quidem ſive Deos cum omnibus Heroibus ſumptis armis in campum prodituros, ſed ſiniſtro Marte & Odino ipſo a lupo devorato. His peractis injecto igne totum mundum conflagraturum. Ita habet *Eddæ Mythol.* 30. & 48. unde lucem affundimus *Eivindi Scaldaſpiller* Epicedio, quod compoſuit in obitum Haconis, commemorando quibus ille in Valhalla exceptus ſit modis. Id peculiari titulo appellatur *Haconar Maal* & carmine 20. ita ſonat:

Mun obunþinn
A yta Siot
Fenris Ulfur fara,
Aþur iafna goþur,
a auþa trauþ,
Kongs Maþur komi.

h. e.

Proruet ſolutus
In virorum catervam
Lupus ille Fenrir
Antequam æque bonus
In orbam (rege) terram
Rex veniat.

conf. *Snorre Sturluſons Konung Hacon Adalſtens Foſtres Saga cap.* 33. Eivindus enim Poetica dicendi ratione indicat, mundi finem prius adfuturum, quam terris iterum obveniat Rex tantis præditus dotibus. Eadem fere de Crepuſculo Deorum canit *Woluſpa* in vaticiniis Stroph. 42. ſeq. & imprimis Stroph. 49. & 52:

Sol tekur Sortna
Sygur folld i Mar
Hverfa aff himne
Heidar ſtiornur,
Geisar eime
Vid all durnara,
Leikur haar hite
Vid himen sialff ann.

h. e.

Nigreſcit Sol,
Immergitur mari terra,
Subducuntur e cœlo
Serenæ ſtellæ.

Deſæ-

Deſævit ignis
In vetuſtam machinam,
Lambit adſcendens flamma
Ipſum cœlum.

Mundo ita exuſto (b) nova terra debebat emergere ex mari undiquaque virens & amœna, agri ſponte ſua dabunt frumenta nec ſatione opus erit; duo homines, *Leichthraſer*, & *Lif*, mas & fœmina e tanta clade reliqui novum mundum novis iterum colonis ditabunt. *Sunna* (vel Sol) Filiam gignet priusquam a lupo devoretur, haud minus ſplendentem & formoſam, quam ipſa eſt, quæ tunc viam repetit maternam. *Mythol.* 49. Asæ ſive Dii, qui tantis malis erunt ſuperſtites, convenient in Ida-Campo & ſua mortales

Sedes juſtorum & injuſtorum poſt Crepuſculum Deorum.

b) quæ Stoicorum etiam ſententia erat, (vide *Senecam* lib. 3. *naturalium quæſtionum cap.* 28. & uberius *cap.* 26. *conſolationis ad Marcianum*) non abhorrens a Chriſtiana doctrina & mente *Petri Epiſt.* 2. *cap.* 3. v. 7. 10. *Ovidius* lib. 2. Metam.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus correptaque regia cœli
Ardeat & mundi moles operoſa laboret.

Digitized by Google

les manebunt præmia. Boni & juſti omnibus gaudiis perfuſi, mali nullis non ſuppliciis & cruciatibus enecandi vivebunt. Ita enim de beatorum ſedibus loquitur *Woluſpa* Stroph. 58.

juſtorum in Gimle.

Sal sier nun ſtanda
Solu fegra,
Gulle thaktan
a Gimle,
Thar skulu dyggvar
drotter biggia
Og vm Alldurs Daga
Yndes Niota.

h. e.
Curia ſtat
Clarior ſole
auro tecta
in Gimle,
Illam probi
populi colent
per ſecla
fruentes ſummo bono.

Edda Mythol. 15: *A ſunnannverdum Himens Enda er sa Salur er allra er fegurstur, eg Biartare enn Solenn er Gimle heiter, hann skal ſtanda*

ſtanda tha bæde heffur fareſt Himen og Jord, og byggia thann stad goder Menn og Riettlater vmm allder. Suo seiger in Wolu Spaa &c. Theim ſtad grandar ei er suarta Loge brenner Himen og Jord. h. e. In Auſtrali cœli cardine curia ſtat omnium ornatiſſima & ſole lucidior, quæ vocatur Gimle. Hæc ſtabit cum perierint cœlum & terra, ibique viri & boni & juſti habitabunt per omnia ſecula, ſicut in vaticiniæ Volæ dicitur &c. Illi (ſcilicet curiæ) non nocebit nigra flamma cœlum & terram exuſtura. Mirum eſt, quando conatu patriæ ſuæ laudes extollant Rudbekius aliique Suecorum, qui primordia fere generis humani & quidquid in deliciis olim hodieque habuerunt mortales, in ea inveniunt. Longe alia mens majoribus ipſorum, qui ne mortui quidem ſatis voluptatum ſub gelida Arcto ſibi pollicebantur, ſed in Auſtrali cæli plaga ſedes beatorum animo præcipiebant. Nominat *Edda Mithol.* 48. alia etiam loca poſt Deorum Crepuſculum mortalium gaudiis deſtinata, ut aulam, quæ *Brymer* dicitur ſive calida in Okolm (loco qui non poteſt frigeſcere;) aliam pariter *A Inda Fiollum* dictam & ex obryzo ædifi-

ædificatam auro. Sed eæ generali nomine GIMLE comprehenduntur, quæ vox, cætera ab *himin*, quod cœlum & aëra ſive elevatum ſonat, diſtincta, primis gentium noſtrarum converſoribus ſatis apta viſa eſt, qua populo facilius ad ſacra Chriſtiana pertracto veræ æternæque vitæ gaudia exprimerent. Quæ enim nonnulli de alio beatorum loco *Vdaensaker* fingunt meræ fabulæ ſunt, quibus Chriſtianæ veritatis cognitio e Germania in Septentrionem perlata arguebatur.

Gimle idem ac Himmel.

§. IV. Neque injuſtis & malis *poſt Ragnarockur* deerant loca, in quibus anteactæ vitæ pœnas luerent. *Edda Mythol.* 48: *A Naſtrondumm er mykell ſalur og illur, horffa Nordur Dyr, hann er offenn allur vr orma Hryggium, enn hoffuden oll vitu in i hused og blasa Eitre, ſuo ad efter ſalnum renna Eiturar, og vada thær Aar eidroffar og Mordvargar, ſuo ſem hier ſeiger:*

Tormenta injuſtorum poſt Crepuſculum Deorum in Naſtrandis.

Sal weit eg ſtanda
Solu fiærre,

Na

Na ſtrondum a
Nordur horffa Dyr
Falla Eitur Dropar
Inn vmm Liora
Sa er Wndur Salur
Orma Hryggium
Skulu thar vada
Thungu ſtrauma.
Men mein ſuarar
Og Mordvargar
Enn i Huergelme
Er West, thni thar
Kvelur Nüdhoggur
Nai frammgeingna.

hoc eſt:

In Naſtrandis vero (ſive cadaverum littoribus) aula eſt magna & mala, cu us fores Boream verſus directæ ſunt. Hæc tota contexta eſt ex tergis ſerpentum, quorum capita omnia introrſus ſpectant & virus evomunt, ita ut amnes veneni per aulam manent, quos vadare coguntur perjuri & homicidæ, ſicut dicitur:

Habitaculum novi ſtare
A ſole remotum
In Naſtrandum
Boream verſus ſpectant fores,

Im-

Impluunt venenatæ guttæ
Per feneſtras
Habitatio contexta
Spinis ſerpentinis.
Illic vadabunt
Trans rapidos amnes
Homines perjuri
Et ſicarii
Verum in Haergumi (ſive Styge)
Peſſima eſt conditio
Illic excarnificat Nüdhoggur (ſive malus Dæmon)
Cadavera quæ ex vivis emigrarunt.

conf. *Woluſpa Stroph.* 36. 37. Eo usque vel ratiociniis vel fabulis proceſſerunt majores noſtri. Quæ enim aliqui Woluſpæ Codices habent de judicii die a Chriſtiano compilatore debent cenſeri adjecta non minus quam ea, quæ in limine Eddæ occurrunt de Adami & Evæ creatione, diluvio, diviſione terrarum inter Noachi filios facta, de turri Babel aliisque in quibus ſine ſacræ ſcripturæ lumine cæcutiunt mortales.

In eo igitur ſtatu animarum nullus uſus erat illarum re-

§. V. Quæ de ſtatu animarum poſt *Ragnarockur* in medium attulimus ſatis confirmant, nullum in eo neque nummorum neque pecudum aut

aut ſupellectilis fuiſſe uſum. Quare ad eam conditionem deſcendendum erit, quam animis tribuebant, ut primum e corporibus humanis evolaviſſent. Hic vero eam doctrinam deprehendemus, quæ poterat non eſſe gentis armis innutritæ, quæque omne fere jus omnemque virtutem in robore & virute militari ponebant. Solis enim bello aut violenta morte peremtis jus erat glorioſam vitam & gaudia poſt mortem ſperandi. Locus iis dicatus nominabatur *VALHALLA* h. e. *aulæ cæſorum.* (c) Ibi ludebant, poculis indulgebant, palæſtram exercebant, aliaque quæ animum delectabant. Inde optimæ notæ Manuſcripta Hiſtoria Norvagica (*Noregs Konunga tal* titulum præferens) quam conſervat Bibliotheca Regiæ

rum, quæ quotidie e ſepulchris eruuntur.

De ſtatu animarum ſtatim poſt obitum hominum.

De Valhalla felici ſede bello peremptorum.

c) unde *Walbrynda* Saxoni lib. 7. eſt *cadaverum* vel *ſtragis puteus*, & *Walruf*, *ſpoliatio occiſi* in libro legum Scaniæ, latine ab Andrea Lundenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo compoſito. *Raub* vel *Ruf* ſpoliatio eſt. Impreſſi Codices habent *Wallroth* & *Walroff*, verum erroneè, quod mendum etiam irrepſit in lib. 3. cap. 24. Legum Cimbricarum & ſeduxit *Lindenbrogium* non minus ac *Carolum du Freſne.*

Digitized by Google

Regiæ Academiæ Hafnienſis hæc refert: *Adr en Hakon felle, hafdu synir Harallz ens Harfagra atta ordetvapndaudir, sem Eyvindr ſægir skalldaſpillir, ok kuad ſua ſem Kononngrenn kæme til Valhallar. Firir þui at ſa var atrunadr hæidinna manna, at aller þeir er af sarom andaduzk skylldu fara til Valhallar.* h. e. Antequam occideretur Haquinus (Rex Norvagiæ cognominatus Adalſteins foſtri) octo Haraldi Pulchricomi filii (Haquini fratres) armis fuerant interempti, veluti Eyvindus skalldaſpillir dicit in carmine ſuo inducens Regem ad Valhallam venientem. Id enim Ethnicis perſuaſum erat, omnes vulneribus exſtinctos ad Valhallam migrare. *Barthol. Ant. Dan.* l. 2. c. 4. p. 317. Hialto in ultimo ſibi ac Regi ſuo Hrolfoni Krakio certamine ſtrenue pugnans, *ſummis*, inquit, *viribus adnitar, cum in Valhalla hoſpitium hac veſpera habituri ſimus. ef vær skulum i valholl lenda i kuelld, ut ait Hrolfs Kraka ſaga.* conf. *Hervarar Saga* cap. 5.

§. VI. Hinc maxime ille contemptus mortis originem deducebat, de quo *Valerius Maximus lib.* 2. c. 6. ait: *alacris & fortis Philoſophia Cimbrorum & Celtiberorum, qui in acie exſultabant tanquam glorioſe & felici-*

feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter morituri. De Hiſpanis *Silius Italicus lib.* I.

Prodiga gens animæ & properare facillima mortem:
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos
Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt.

Jomsburgenſis quidam (e Julinenſi Danorum colonia in Slavia) capite plectendus ita loquitur in antiqua expeditionis eorum contra Haquinum Norvegiæ Comitem compoſita hiſtoria: *Bono animo mortem ſubeo, nam hæc hora mihi grata eſt. Rogo autem, ut quam citiſſime caput mihi amputes. Nam quæſtio inter nos Jomsburgenſes agitata fuit, utrum decollatus ſenſibus uti valeat; itaque cultellum manum teneo, ſi eum capite amputato tibi porrexero, ſigno erit, me ſenſibus non prorſus deſtitutum: alias de manibus meis protinus decidet. Ideo quam velociſſime caput amputa, quo controverſia hæc dirimi queat. Thorkillus expedite caput ipſi amputavit, culter vero ut par erat e manibus ejus dilapſus eſt.* (*a*) vide *Snorronis Sturleſonii*

d) Habes hic inter barbaros etiam ſubtilioris Philoſophiæ quæſtiones de ſenſu animæ poſt ſeparationem a corpore, quam quæſtionem

Konung Olaf Tryggwa Sons Saga, ſive Hiſtoriam Regis Olavi Trygvonis filii *cap.* 46. Alius ex Jomburgenſibus illis ultimum ictum jamjam excepturus, illud modo a Torkillo precibus contendit, ut diſſectum a trunco caput ea celeritate excipiat, ne capillus, quem flavum habebat, cincinnis ſuper humeros pendentibus ſanguine coinquinetur. *ibidem.* Bous Craſſus, Boo hindigre Jomsvicenſis, cum Thorſteinus Midlang uno ictu maxillam & mentum ipſi abſtuliſſet, nihil perturbatus in hæc verba erupit: *Ugierne skulde de danske Moer nu kyſſe mig, om jeg kommer nogen Tid hiem igien*, h. e. invitæ nunc Danicæ virgines nec facile mihi baſia præbebunt, ſi forte domum unquam rediturus ſum, ut ex *Chron. Norveg.* p. 136. habet *Otho Sperlingius de Danicæ linguæ & nominis*

ſummus Ariſtoteles ſua non indignam habuit diſquiſitione, in negativam tamen partem propendens. conf. *Barthol.* l. c. l. 1. c. 5. p. 42. ſeq. In *Nialæ cap.* 147. de Kolo narratur, caput ipſius truncatum, cum in terram caderet, *decem* dixiſſe. Juvante forte circumſtantium ingenio, quamvis impoſſibile non ſit, a capite aut ore jam corpore ſuo truncato ſonum edi poſſe, uti linguæ motum in tali capite a ſanguinis motu pendentem quotidie fere obſervamus.

Digitized by Google

nominis antiqua gloria. Sic Agnerus animam agens *ſoluto in riſum ore per ſummam doloris diſſimulationem ſpiritum reddidit*, teſte *Saxone Gramm.* lib. 2. cui favet *Bodvars Biarka ſaga : Hneig Agnarr nidr hlæiandi a jord, oc do ſidan*, h. e. Agnerus in terram ridens cecidit & deinde mortuus eſt. Eadem memorantur de Halfo Regulo Norvegiæ in *Halfsrecka Saga cap.* 13. & de Illugo Gretteri fratre in *Grettis Saga cap.* 71. Agrippa apud *Joſephum lib.* 2. c. 16. de Germanis memorat, *quod ſpiritus eorum majores ſint corporibus, iras habeant animantibus feris vehementiores, animos dolorum & mortis contemtores.* Rex Regnerus Lodbrog in epicedio, quod ipſe morti jam vicinus inter viperarum morſus cecinit circa annum Chriſtianæ æræ 857. deſcribens cruentas & ancipites pugnas, quas ſubierit, Stropha XIII. in fine canit:

Erat ſicut ſplendidam virginem
In lecto juxta ſe collocare.

& Stroph. XIV. fin.

Erat hoc veluti juvenem viduam
In primaria ſede oſculari.

apud Olaum Wormium Runographiæ pag. 211. *ſeq.* De Gallis *Ælianus lib.* 12. *de varia hiſtoria* narrat, eos periculorum amantiſſimos

tiſſimos eſſe, carminum, quæ lingua ſua ſcribunt, unam eis materiem eſſe laudes eorum qui fortiter ceciderunt in bello. *Pomponius Mela* lib. 2. c. 2: *Getæ ad mortem paratiſſimi. Id varia opinio perficit; alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non exſtingui tamen, ſed ad beatiora transire; alii emori quidem, ſed id melius eſſe, quam vivere.* (a) *Itaque lugentur apud*

Græcorum Romanorumque mendacia de majoribus noſtris.

a) Majores noſtros & Celtas minus quam omnes reliquas gentes mortem formidaſſe certum eſt, inde tamen nunquam inducar, ut fidem tribuam *Æliano*, qui *lib.* 12. c. 13. tantæ ſtoliditatis Gallos inſimulat, ut æſtu ſuperveniente Oceani mallent fluctibus involvi, aut domo muroque labente obrui, quam fugere, ne mortem metuere viderentur. Quod habet etiam *Stobæus Sermone* 12. ex *Nic. Damaſceni libro de moribus gentium*, & innuit *Ariſtoteles* c. 10. *lib.* 3. Gallos, inquiens, neque motum terræ neque fluctus metuere. Contrarium patet ex *Ammiano Marcellino*, qui *lib.* 15. *cap.* 9. de origine Gallorum agens, nonnullos populos refert ab inſulis extimis & tractibus transrhenanis in eas terras confluxiſſe crebritate bellorum & *alluvione fervidi maris ſedibus expulſos.* Quod de Cimbris & Ambronibus etiam veteres prodiderunt teſte *Strabone lib.* 7. & *Feſto Pompejo.* Scilicet Romani & Græci imprimis

Digitized by Google

apud quosdam puerperia natique deflentur: funera contra festa sunt, & veluti sacra cantu lusuque celebrantur.

§. VII. In Valhalla cum OthinoDeo summo vivebant, qui id circo pater stragium, *Walfader*, nominatur in *Mythol.* 18. & a Poetis *Waltodur*, armorum pater, *Sigmundur*, victoriam donans, *Audun* devastator, *Drepsvarpur*, lethaliter jaciens; sicut etiam antiquis Scaldris sive Bardis & Poetis galea dicitur *Suotins hatte*, Wodeni pileus, lorica *Skirtur Odin*, Wodeni indusium, gladius etiam *Othin Eldur*, Wodeni ignis, uti in Egilli Scalagrimi Islandi Epinicio in laudem Regis Erici Blodoxe (cujus

In Valhalla praesidebat Odinus, bellorum caesorumque summus Deus.

 filium

morum ac scientiarum elogio superbientes, invidia insuper alienæ gloriæ flagrantes, ridicula etiam nonnunquam de barbaris (uti appellabantur) prodere, quam eos in societatem ullius laudis admittere malebant. Pertinent huc figmenta *Theophanis* apud *Petavium* Ratiocin. Temp. p. 391. & *Cedreni Tom.* I. *Hist.* p. 435. qui Regibus Francorum setas, quales aprorum solent esse, in spina dorsi enasci scripserunt. Neque aliud judicandum existimo de eo quod *Diodorus Siculus lib.* 5. refert, in funeratione Gallorum a quibusdam epistolas ad propinquos defunctos perscriptas in rogum conjici, quæ ab iis legantur.

Digitized by Google

filium trucidaverat) extempore decantato Claſſ. 2. Stroph. 2. per *Odins eike*, Odini equos, intelliguntur homines, quibus tanquam equis in bello utitur Odinus, & in *Eivindi Scaldaſpiller* carmine ſupra citato 8. *oþins veþri* ſive Odini ventus ſignificat prœlium. Huic Deo, ut victoriam largiretur, animas peremptorum hoſtium pollicebantur. vid. Saxo lib. 7. p. 138. l. 8. p. 146. *lib.* 9. p. 170. nonnunquam & ſuas. Cum enim Norrigis imperaret Comes Haquinus, Sueoniæ præerat Rex Ericus, qui poſt illuſtre illud prælium, quod cum Styrbiorno habuerat, victoriamque illo modo obtinuerat, ut Odino eam deberet, ſe vero illi poſt decennium devoveret; deinde Ericus Victorioſus nominatus. conf. inferius dicenda. *Hervarar Saga* cap. 11: *Heidrekr kongr liet þa rioda ſtalla med blodi Haralldar oc hans ſonar Haldanar, oc gaf þa Odin, oc val þan allan er fiell.* h. e. Heidrekus Rex aras ſanguine Haraldi filiique ejus Haldani adſpergi fecit, eosque Odino dedit, nec non omnes qui in pugna ceciderant. Thorleifus Radfeldii filius in carmine de Haquino Jarlo ſive Comite Norvegiæ: *Novem* omnino reges ipſe Odino conſecravit defunctorumque

que cadaveribus corvos pavit. vide *Snorronis Sturluſonii Konung Harald Grafalds och Hakon Jarls Saga cap. 56. Grimnismal:*

Gladsheimur heitir inn fimti
Þars en gullbiarta
Valhaull vid of Þrumir
enn Þar Hroptr kys
huerian dag
vapndauda vera.

hoc eſt:

Lætitiæ mundus nominatur quinta manſio
ubi aura coruſca
Valhalla tignis innititur;
Ibi Odinus recipit
Quovis die
ferro cæſos viros.

Barthol. l. c. 404. In *Kier Heffur upp Þatt Styrbiarnar Svia kappa er hann hardeſt vid Eirek Svia Kong*, ſive Hiſtoria Styrbiornonis Suecii Herois, bellum gerentis cum Eirico Sueciæ Rege, immane monſtrum occinit Biornoni ſequentia: *Hilldur ſtendur Huerian myrgin Gialldurs under raudum skillde, nu hafa ſigur meyiar ſettaun Suerleic Daunum Hardann, æigut vviga veige vilbalIdurs fodur illan Odimn Hordur sem aller Olioſann val kioſa.* h. e. Pugna geri-

tur quovis mane Bellonæ ſub rubro ſcuto; jam Mortæ deſtinarunt bellum Danis cruentum, inſtigatores cædium interficiant viri ſtrenui malum patrem; Odinus ſcilicet & Hodus, qui omnes atras ſtrages exoptant. apud *Chriſtianum Wormium Comment. in Aræ multiſcii ſchedas de Islandia pag.* 113. *conf. pag.* 117. Inde in genere Odino tribuitur poteſtas mortuos tumulis evocandi, cujus exemplum præbet vetuſtiſſima Oda *Vegtamskviþa* dicta apud *Barthol. lib.* 3. c. 2. p. 632. ſeq. Carmina magica huic uſui inſervientia vocabantur *Valgalldr; galldr* enim omne magicum carmen notat, ut in *Havamalum: þann kann ec galdr at gala.* h. e. hanc novi incantationem canere. & paſſim Odinus ea ex cauſa dicitur *Drouga Drotten*, lemurum ſive tumulorum dominus. Lorica etiam cæſi hoſtis Odino dedicabatur, quod docet inſcriptio lapidis Jarmſtadenſis in Oſtrogothia & Territorio Dal. vide *Figuram VIII.* *Thuri ſati ſtin þansi aftir Asgut brudur ſin: jer bardi Jattin digra i Jatuſtun; aux brunja ſik harda Guden* h. e. Thuro lapidem poſuit Asguto fratri ſuo, qui cecidit magnum gigantem in Jatuſtun, dedicavitque loricam Odino Deo. *Figur VIII.*

Digitized by Google

Fig. VIII ad Sect. II. c. 2. *Pag. 136.*




Digitized by Google

Deo. *Brunia ſik harde Guden* proprie ſignificat: Loricam accepit *Durus Deus* h. e. Odinus, quo nomine etiam venit in inſcriptione lapidis Föreſtadenſis in territorio Vesbo, in Smalandia. conf. *Verel. not.* ad *Hervarar Saga* p. 192. Aliæ lapidum inſcriptiones hanc formulam præferunt: *Hirdi Guden trygg, hirdi Guden þegn, hirdi Guden kan* &c. h. e. ſervet Odinus fidum, ſervet Odinus famulum, ſervet Deus notum ſibi. In funebribus etiam orationibus, quas ex gentilismo retinuere Chriſtiani, mortui ablegabantur ad Odinum. *Snorro* de Rege Haquino: *Mællto þeir sva fyrir Greptri hanns sem heiþinna manna siþur var til visopo honom til Val-Hallar.* h. e. ipſo exſequiarum die pro concione etiam verba faciebant, more apud ethnicos recepto, ac ad Valhalla eum migrare jubebant. *Konung Hacon Adelſtens Foſtres Saga cap.* 32. Ex vulneribus enim, quæ in prœlio cum nepotibus commiſſo acceperat, vitam cum morte commutaverat. Et ſolennis erat gentilibus majoribus noſtris nec inaugurata imprecatio *far til oþens*, abi ad Odinum, quæ nunc in diris exſecrationibus habetur apud Suecos. Odino etiam inſcriptiones ſepulchrales vel

Runas emortuales fuiſſe ſacras ex lapide Salmungenſi in Uplandia elucet, quem damus in Figura IX. *Jubern ukvi riti iþun iftir Irbern fadur ſin: þulir alfrunar þisi Asi gud.* h. e. Jubernus Ukvi memoriæ Irberni patris ſui lapidem inſcripſit dedicatque runas emortuales Odino Deo. *Verel. not. ad Hervarar Saga* p. 100. Lapidem hunc ethnicismi tempore poſitum nemo non mecum exiſtimabit. Arguit igitur non omnes cruce ſignatos lapides, qualis hic eſt, a Chriſtianis eſſe erectos. Malleus enim Thoronis Dei crucis figuram referebat, qua Rex Haquinus Bonus Chriſtianorum ſacris addictus in conventu publico populi ſui, ethniciſmi tenebris adhuc immerſi ſignabat poculum ſuum, Sigurdo Jarlo ita interpretante, ut poculum hoc Thoronis ſigno illi Deo, uti conſueverant, dedicatum diceret. Quibus dictis tumultuantis populi murmur ſedatum eſt. *Snorro Sturleſon Konung Hakon Adalſtens Foſtres Saga cap.* 18. De Cruce lapidibus Runicis inſculpta ſingularem brevemque tractatum edidit *Jac. Iſtmenius Reenhielm*, qui tamen in noſtras manus nondum pervenit.

Fig. IX.

Signum crucis etiam in monumentis gentilibus.

§. VIII.

Fig. IX. ad Sect. II. c. 2. *Pag. 138.*



Digitized by Google

§. VIII. Romani igitur Scriptores haud injuria pro Marte acceperunt Odinum fluctuante quamlibet calamo, cum alia Odino tributa cum Mercurio ſuo viderent congruere. Pertinet huc locus *Taciti* de Bello inter Hermunduros Cattosque geſto ob ſalinas, qui multum lucis ex iis, quæ diximus, accipit: *Bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitioſum fuit, quia victores diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Annal. lib.* 13. c. 57. *Florus* in eundem modum ſcribit *lib.* 2. c. 4.: *Galli Aſtrionico duce vovere de noſtrorum militum præda MARTI SUO torquem.* Cujusmodi torques in templo Upſalienſi cernebatur. Alii Romanorum Scriptorum generali nomine (quo Septentrionales æque ac Celtæ Deos ſuos compellabant) pro ſpeciali ſumto, novum numen ESUM vel HESUM effinxere, qui tamen non alius quam Odinus, *AS*, *ÆS* vel *ÆSUS* hoc eſt *Deus κατ' ἐξοχὴν* dictus. Id ingenti farragine domeſticorum Scriptorum probare in proclivi eſſet, niſi Romanis Romanum Scriptorem opponere ſatius

Odinum ideo Martem interpretati ſunt Romani.

& Eſum appellavere.

ſatius duceremus. Is erit *Suetonius in vita Auguſti cap. 97: Sub idem tempus ictu fulminis ex Inſcriptione ſtatuæ ejus primæ nominis littera efflluxit. Reſponſum eſt, Centum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum* C. *littera notaret; futurumque ut inter Deos referretur, quod* AESAR *id eſt reliqua pars e Cæſaris nomine Etruſca lingua DEUS vocaretur.* Etruſcos autem propaginem ma orum noſtrorum fuiſſe alio loco oſtendemus. Ea vox *Æsar* ſæpius occurrit in *Curtii Inghiramii Ethruſcarum Antiquitatum fragmentis Scornelli prope Vulterram erutis.* Verum ejus autoritate uti nolumus. Fuit enim homo perfrictiſſimæ frontis, cujus ſuppoſititiæ & e cerebro ipſius prognatæ inſcriptiones ne ſimpliciſſimo quidem lectori deberent imponere, ut mirer *Edmundum Dickinſonum in Delphis Phœnicizantibus Oxoniæ* 1655. *editis pag.* 76. *ſeq.* tantum homini tribuiſſe inpudentiſſimo, ut ejus figmenta tanquam genuina monumenta allegaret. *Lactantius lib.* I. c. 21. Heſum & Theutatem Deos, ait, a Gallis humano cruore fuiſſe placatos. *Lucanus* etiam *Pharſ. lib.* I. ſcribit:

Et quibus immitis placatur ſanguine cæſo
Teutates, horrensque feris altaribus Heſus.

Lactan-

Digitized by Google

Lactantii Codices nonnulli Manu exarati pro *Heſo* habent *Eſum*, neque male. Inſcriptio & titulus ejus habetur in lapide vetuſto nuper anno 1711. e fundamentis Eccleſiæ Cathedralis Pariſienſis eruto. Odinus etiam olim in Upſalienſi templo armatus & tanquam Mars ſculptus cernebatur.

§. IX. Ipſe Odinus, ut exemplo præiret poſteris, noluit Valhallam adire incruentus, teſtante *Snorronis Ynglinga Saga cap.* 8. p. m. 11: *Openn varþ ſott dauþur i Sviþiod, oc er hann var at kominn dauþa, let hann marka sic Geirs-Oddi, oc eignadi ser alla vapndauþa Menn; ſagþi hann sig mundo fara i Godheim, oc ſagna þar vinom ſinom. Nu hugþo Sviar, at hann væri kominn i hinn ſorna Asgarþ, oc mundi þar liſa at eylifo: Hofst þa at nyo Atrunaþur viþ Oþinn oc aheit. Opt þotti Sviom hann vitraz ser, aþur ſtorar Oroſtor yrþe; haf hann þa ſumom figur, en ſumom bauþ hann til ſin, þotti huartveggi Koſtur goþur. Oþinn var brendur dauþur, ob var ſu brenna gior allvegleg: þat var Trua þeirra, at þvi noerra ſem Reykinn lagþi i Loftit upp, at þvi haleitare voeri sa i Himni-*

Ipſe Odinus exemplo ſuis præire neque incruenta morte ad Valhallam venire voluit.

Himninom, er Brennuna atti; og þeſſ auþgari, er mejra Fe brann meþ honom. hoc eſt: Odinus in Suionia diem obiit. Is morti vicinus ſigno, quod GEIRSODDE dicebatur, ſe notari fecit, ſibique omnes bello cæſos attribuit, perhibens Godheimum (i. e. Deorum ſedes) ſibi jam petendas eſſe, ut amicos ſuos ibidem exhilarare poſſit. Jamque ſibi perſuadebant Suiones, illum ad veterem Asgardiam, quæ perpetuo eum poſthac teneret, remeaſſe. Quocirca novo tunc religionis cultu vota ei nuncupata ſunt. Species ipſius Suionibus per ſomnum ſæpius oblata gravia bella multamque ſanguinis effuſionem denunciare credebatur. Quemcunque autem ſive victoria donaret, ſive ad ſe reciperet, is feliciſſimum ſe reputabat. Odini poſt fata cadaver ejus eximia veneratione rogo impoſitum eſt; quippe perſuaſum erat, fumum quo altius adſcenderet, tanto ſplendidiorem futuram inter divos gloriam ejus, cujus tunc ardebat pyra; quo item majoribus cum divitiis quis cremaretur, hoc opulentiorem eum (in veniente ævo) exſtiturum. *Godheimum* & *Asgardiam* hoc loco Synonyma *Valhallæ* eſſe ex infra dicendis patebit. *Geirsoddr* autem, quo Odinus

Odinus ſe voluit notari, nihil aliud eſt quam leve vulnus gladio datum. *Geir* enim veteribus teli ſive haſtæ genus fuit. Haquinus Rex in Valhallam delatus, cum arma ſua retinere cuperet, ita locutus introducitur in *Haconarmalum: Gott er til geirs at taka.* Hoc eſt: Conducit Geir in promptu habere. Ita idem *Snorro* intelligendus l. c. *cap.* 11 : *Niordr varþ ſott daudur let hann oc marka ſit Oþni adur hann do.* h. e. Niordus in morbum lethalem incidit, notari ſe Odino fecit antequam deſcenderet. Inde forte fluxit Herulorum ritus, quem *Procopius Goth. Hiſt. lib.* 2. ſequentem in modum deſcribit: *Neque ſenibus neque morbidis permiſſum vivere. Sed ubi gravis ætas aut valetudo deterior, tenebantur ipſi ſupplicare propinquis, ut ſe ærumnis rebusque humanis eximerent. Illi alta lignorum congeſta ſtrue, ſuperque eam collocato homine ALIUM CUM PUGIONE IN EUM IMMITTEBANT, Herulum quidem ſed alienum ſanguine, quod propinquos propinqui cæde inquinari pium non arbitrarentur. Ubi ille acceſſerat peragendæ cædi electus, omnia ſubito ligna ab imo orſi incendebant, & poſtquam flamma deſierat, oſſa congeſta abdebant humo.*

§. X.

Voluntaria morte peremti Valhallæ gaudiis etiam perfruebantur.

§. X. Scilicet qui belli effugerant ſævitiam voluntariam mortem præoccupare quam Valhallæ gaudiis carere malebant. Teſtatur id *Gothrici & Rolfi hiſtoria cap.* 1: *Her er sa hamar vid bæ vorn er heitir Gillingzhamar. Ok þar i hia er ſtapi sa er ver kollum atternis ſtapa hann er sva har ok þat flug fyrir ofan at þat qvikendi hefir eigi lif er þar gengr fyrir nidr. Þvi heitir þat ætternis ſtapi at þar med fæckum ver vort ætterni þegar oſs þickir ſtor kynsl vid bera. Ok deyia þar allir vorir forelldrar fyrir utan alla ſött ok fara þa til Odins. Ok þurfu ver af engu voru forellri þyngsl at hafa ne þrotsko. Þviat þeſſi sælldar ſtadr hefir ollum verit iafnfrials vorum ættmonnum.* h. e. Heic prope noſtrum habitaculum rupes eſt, Gillingi rupes dicta; illi ſcopulus quidam contiguus eſt, quem nos Proſapiæ ſcopulum dicimus. Hic tantæ altitudinis eſt, ut nullum animal inde deſcendens ob arduum præcipitium vitam retineat. Ideo autem Proſapiæ ſcopulus dicitur, quod ibi proſapiam noſtram diminuamus, cum inopina aliqua mala acciderint. Omnes noſtri majores *ibi ſine morbo obeuntes ad Odinum migrant, ideoque paren-*

parentum noſtrorum cauſa nulla pati gravamina vel expenſas ſuſtinere debemus, cum beatitudinis hicce locus omnibus noſtris majoribus aditu liber fuerit. Caput 2. ulterius deſcribit, quomodo vitæ pertæſus Skapnartungus ejusque liberi ex illo ſcopulo ſeſe dederint præcipites. *Leiddu bornin faudur sin ok moder ofan fyri æternis ſtapa, ok foto þau glod ok kat til Odins.* h. e. liberi patrem & matrem ex rupe familiæ præcipites deturbarunt cum lætitia & hilaritate ad Odinum pergentes. In quem modum intelligendus videtur *Silius Italicus lib.* 3. de Cantabris canens: *Senio exſtingui ignominioſum.*

Mirus amor populo, cum pigra incanuit ætas
Imbellos jam dudum annos prævertere SAXO.

De Hyberboreis *Solinus cap.* 16: *Mortem accerſunt & voluntario interitu caſtigant obeundi tarditatem: quos ſatietas tenet vitæ epulati delibutique de rupe nota præcipitem caſum in maria deſtinant. Hoc ſepulturæ genus optimum arbitrantur.* Conveniunt cum Solino *Plinius* & *Mela.* Hyperborei autem hoc loco ſunt, qui ſub cardine aquilonari tegunt. Senio enim exſtingui veteribus ſeptentrionis incolis *Kerlingadaude* vocabatur, h. e. vetularum

Amici una moriuntur. mors. Amicos etiam nonnunquam eo amicitia processisse, ut hilari fronte defunctos ad Valhallam comitarentur, docet *Vatzdæla*. In arctissima tamen amicitia *Fostbrædralag* dicta, qua alter ad alterius mortis vindictam erat obstrictus, illud tunc demum locum habebat, cum alter sociorum vulneribus confectus interiisset. vide *Orm Storolfssonar Soga cap.* 6. & *Saxonem lib.* 5: Servi etiam, qui una cum domino voluntariam mortem obibant, *Valhallæ* voluptatibus perfruebantur. Unde in *Gautrecks Saga* Snotra de Skapnartungo refert, quod morti proximus pro amore, quo servum suum fovebat, nullum majus munus inveniens, eum obitus sui voluerit reddere participem. Addita causa innuit, nullum famulum aut servum ab Odino recipi in Valhallam, nisi dominum suum comitatus advenerit. Quod Biarco confirmat apud Saxon. lib. 2:

Servi.

Humile obscurumque genus, non funera plebis
Pluto rapit, vilesque animas, sed fata potentum
Implicat, & claris complet Phlegethonta figuris.

Sequi-

Sequior etiam ſexus Valhalla excludebatur, (a) niſi uxor mariti fata ſequeretur, quod apud Germanos factum refert *Procopius.* conferatur de Arctois gentibus *Edda Mythol.* 43. ſeq. & *Gautreks Saga* loco modo memorato. *Uxores.* *Oloff Tryggwazon Saga cap.* 2. p. m. 7. ſeq: *Hoc tempore divortium inter Ericum* (Sueoniæ Regem) *& Segridam Storradam* (h. e. magnanimam) *Skuglartoſti filiam factum erat, quod ideo accidit, ut quidam referunt, quod illa imperioſa erat & ſapiens tamen; Rex vero inſolentiam illius ſufferre non poterat. Verum alii perhibent, illam noluiſſe in matrimonio cum illo manere, quod patria lex eſſet, uxorem debere mortuo marito tumulo una cum illo condi; ſciebat autem illa in fatis eſſe, ut ille ultra decem annos non viveret: ita enim ſe devoverat ob victoriam adverſus Styribiornum, ne poſt illam ultra decem annos in vivis eſſet.* (b) Atque ea

K 2

a) Procul dubio ne fœminarum ſocietate omnia gaudia in rixas turbasque verterentur.

b) Haud abſimili ratione ex ipſis etiam Pontificiæ doctrinæ addictis ſcriptoribus ſunt, qui Alexandrum VI, Pontificem Maximum cum Diabolo pactum, quod decem annos duraret, iniiſſe perhibent. In Erici tamen exemplo nullum pactum cum Odino interceſſit, ſed ſola devotio facta erat: Aliunde igitur repe-

Poſtmodum etiam nolentes.

ea aut perſuaſio aut amicitia adeo in conſuetudinem abierat, ut apud gentes nonnullas tum uxores, tum famuli & ſenio confecti etiam inviti fatum ſubire cogerentur. De Scythis teſtem allegare poſſumus *Herodotum* lib. 4. Prusſis ſolenne fuiſſe, ut ægrotos ſervos, infantes, parentes item proprios e medio tollerent, memoriæ prodit *Chriſtoph. Hartknoch Antiqq. Pruſſic. Diſſ.* XIII. p. 188. Venedi etiam parentes ſenio debiles occidebant, teſte *Mareſcalco Annal. Herulorum ac Vandal. lib.* XI. c. 8. Et *Krantzius Vandal.* lib. 7. *cap.* 48. ad initia Seculi XIV. exemplum refert, quo uxor Comitis de Mansveld, filia Comitis de Luchow iter faciens per ericam Lüneburgenſem (*Die Lüneburger Heide*) ſenem morti proximum barbaris filiorum manibus eripuit. Pari fortuna Levinus de Schulenburg Summus Marchiæ Præfectus (Lands-Hauptmann) qui vixit circa annum 1220. in tractu Luchovienſi ſaluti fuit cuidam ſeni, qui fatalem illam horam 20. annis ſupervixit, janitorns munere apud prædictum Levinum

tenda incunabula multarum fabularum hodieque vulgi mentes obſidentium.

num de Schulenburg functus. Fortaſſis non injuria a diris illis moribus derivamus nomen ſylveſtris tractus haud procul Luchovia, qui ſylva miſeriæ, *das Jammerholtz* dicitur. Scilicet, quod prius erat voluntatis, poſtea factum eſt neceſſitatis.

§. XI. In illa Valhalla ſolus Odinus vinum bibebat. *Edda Mythol.* 34. nihil autem comedebat, duobus adſtantibus lupis cibum ejus devorantibus. *Myth.* 34. Cervi interim duo ejus inſidentes humeris in aures illi ſuſurrant omnia quæcunque nova vident & audiunt, qui *Hugin* (*a*) (animus) & muninn (memor) appel-

Deliciæ Valhallæ.

Odinus ſolus vinum bibit

K 3

a) Vocabulum *Hugin* inter ea pertinet, quæ ex optima ſignificatione ad ſiniſtram fuere redacta. *Hugen* enim ſecundum *Olfridum* Germani, erat *cogitare, in animo habere. Tatian.* XXVII. 1. p. m. 60: *inti ther thanne gihugis*, ſi ibi recordatus fueris. Idem verbum & apud *Ulfilam* frequens & Anglo-Saxonibus etiam *hyge*, mens, animus, eſt, uti Belgis *heugen*, *geheugen*, meminiſſe. *Hyggia* apud *Olaum Wormium in Lexico Runico* ſapientiam notat. Ab ea radice olim *Haegſe*, *Hoegſe*, quæ nunc *Hexe* nominatur & peſſimam incantatricem & ſagam notat, mulier ſapiens erat, prudens ac ratione valens, quæ proprie

Etymologia vocis Hexe.

Reliqui optimam cereviſiam.

appellantur. Reliqui tum Dii tum homines optimam cereviſiam & ſtrenuiſſimum Medonem in ſumma abundantia hilares bibebant. *Mythol.* 50. & *Myth.* 35. ex lectione Bartholini quæ Reſeniana plurimum præſtat: *Þa mællti Gangleri: Hvat hafa æinheriar at drykk. Þat er þeim endiz iafnoglega sem viſtin. eda er þar vatn drukkit þa ſeger Haar. Undarlega ſpyrr þu nu at Alfodr muni bioda til sin konungum eda jorlum eda odrum rikis. monnum ok muni gefa þeim vatn at drekka. Ok þat veit trua min at margr kemr sa til Valhallar er dyrt mundi þikkiaz kaupa vazdrikkinn ef æigi væri betra fagnadar þangat at vitia sa er adr þoler saar ok svida til banans. annat kan ek ſegia þer þadan. Geit su er Heidrun heiter stendr uppi a Valholl ok bitr barr af limum tres þeſſ er miog ei nafn frægt er Leradr heiter. enn or ſpenum hennar rennr miodr sa er hon fyller skaptker þat hvern dag er sva er mikit at aller æinheriar verda*

dici deberet *eine weiſe Frau*, quæ loquendi ratio poſt introductam Chriſtianam Religionem etiam ad ſpectrorum genus fuit translata, non aliter ac ex *Alorunis* ſive fœminis fatidicis & ſacerdotibus figmentum magicum & radicem reſponſa dantem ridicule effinxere.

verda fulldrukner af. hoc eſt: Tum ait Ganglerus: quali potu utuntur *Einheriar* (Monoheroes, ita dicuntur ii qui in Valhallam pervenerunt tanquam *ſoli Domini* aut ſoli militantes) qui eis æque ac cibus ſufficiet? an vero aqua ibi bibitur? Reſpondit Harus: abſurdam jam quæſtionem proponis. An credis Alfodr (*a*) Reges, Comites aliosque potentes ad ſe invitare, aquamque illis pro potu offerre? Per fidem meam! multi in Valhallam veniunt, qui aquæ potum care nimis emiſſe ſibi viderentur, ſi majus gaudium ibi ſperandum non eſſet, utpote qui vulneribus & dolore exſtinguuntur. Aliud quidpiam de hac re tibi referam. Capra, quæ Heidrun dicitur, ſupra Valhallam ſtat foliaque carpit e ramis arboris valde celebris quæ Leadr dicitur. Ex illius uberibus medo defluit, tantæ capacitatis vas quotidie implens, ut omnibus Monoheroibus plene inebriandis ſufficiat.

Einherias & Monoheroes quinam?

a) *Alfodr* hoc loco Odinus eſt, qui antiquiſſimus atque a ſecundo Odino diverſus vere tanquam *Sol* dici poterat *pater omnium* ſive *communis pater*, *Alfadr*.

Digitized by Google

Valkyriæ virgines potum miniſtrabant.

§. XII. Potum porrigebant virgines, quales Mahomed fere ſuis pollicitus eſt in Paradiſo deliciarum & voluptatum pleno. (*a*) Nomen illis erat Valkyriarum, quod ſtragium electrices notat. *Mythol.* 31: *Enn eru þær adrar er þiona skolu i Valholl bera dryckiu ok giæta bordbunadar ok olgagna. Sua eru þær nefndar i Grimnismalum:*

Hriſt ok Miſt vil ek
at mer horn beri

Skeg-

de Paradiſo Mahomedis.

a) Mahomed enim nihil novi hac parte effinxit & pollicitus eſt aſſeclis, ſed quod in vicinis gentibus, Scytharum progenie, & Turcis imprimis forte videbat ſuis arridere, id in novam quam adornabat Religionem transtulit. Monachorum etiam & ſacerdotum genus apud Turcas ab antiquiſſimis temporibus conſervatum, *Dervis*, & nomine & re *Druides* refert. Eadem enim populo præſtare pollicentur, quæ Druides majoribus noſtris, ut ex iis elucet, quæ *Turnefort in Itinerario Orientali* Tom. II. p. 393. habet. *Dervis* autem eodem modo a Druidibus derivatur, quo Anglorum *Witch*, magus, incantator, quod ſonus & genuina pronunciatio magis evincit, quam literarum ſcriptura. Qui Alcoranum evolvit plura inveniet cum iis congruentia, quæ præſenti libello exhibemus.

Digitized by Google

Skeggiolld ok Skogul
Hilldr ok Þrudr
Hlokk ok Herfiotur
Gaull ok Geira Hod
Ranngrid ok Radgrid.
ok Reginleif
Þær bera Einherium ol.
Þessar heita Valkyriur.

h. e.

Sunt & aliæ virgines, quæ in Valhalla miniſtrare debent, nempe potum infundere & utenſilia menſaria, atque vaſa cereviſiaria cuſtodire. In Grimnismalum ita enumerantur:

Hriſta & Miſta volo
Ut mihi cornua porrigant
Skeggolda & Skogula
Hilda & Thruda (*a*)
Hlocka, Geira & Hoda
Ranngrida & Radgrida
Et Reginlefa
Hæ Monoheroibus cereviſiam (ol) porrigunt
Hæ dicuntur Valkyriæ.

K 5 Cere-

a) *Hilda* & *Thruda* pro ſagis & ephialte in quibusdam locis accipiuntur. *Hlok* etiam in ſecundo caſu Hlokar magam notat in Regis Regneri Lodbrog epicedio ſupra citato. Stroph. XIII.

Digitized by Google

Cereviſiæ uſus ex Germania in Britanniam translatus.

Cereviſiæ uſus una cum nomine ad Britannos a Septentrionalibus translatus. Ol enim ſive Ohl ab antiquiſſimis inde temporibus uſitatum pro forti cereviſia, & celebris inter alias Roſtochienſis cereviſia, *Roſtocker Ohl.* In *Edda* ſæpius dicitur *Aull*, Öll, uti cereviſia, Germanis *Bier*, veteribus Poetis dicitur *Bior*, cujus exemplum habemus in Epicedio modo allegato.

Bibebant ex cornibus aut craniis hoſtium occiſorum.

§. XIII. Bibebant autem ex cornibus prægrandibus, quod frequentiſſimum illis temporibus poculi genus erat, aut ex craniis hoſtium cæſorum, auro vel argento interdum cælatis & obductis. *Carmen Lodbrogi Regis* ſæpius in partes vocatum & ob ſenſa generoſa nulli ſecundum *Stropha* XXV:

Pugnavimus enſibus
Hoc ridere me facit ſemper,
Quod Balderi Patris (ſcil. Odini) ſcamna
Parata ſcio in aula,
Bibemus cereviſiam brevi
Ex concavis crateribus craniorum.
Non gemit vir fortis contra mortem Magni-

Magnifici in Odini domibus,
Non venio deſperabundis
Verbis ad Odini aulam.

Scilicet quo major numerus erat eorum, quos ferro quis interemiſſet, eo majorem honorem in Valhalla ipſi habitum iri, perſuaſus erat, unde etiam pergit in Stropha 29:

Fert animus finire,
Invitant me Deæ, (nempa Valkyriæ)
Quas ex Othini aula
Othinus mihi miſit.
Lætus cereviſiam cum Aſis (ſive Diis)
In ſumma ſede bibam:
Vitæ elapſæ ſunt horæ,
Ridens moriar.

Worm. Literat. Run. p. 222. ſeq.

Odino etiam ſacrificium fiebat cereviſia.

§. XIV. Ipſi Odino cereviſia litatum refert *Jonas in vita S. Columbani* de Suevis agens: *Quo cum moraretur & inter habitatores illius loci progrederetur, reperit eos ſacrificium profanum litare velle, vasque magnum quod vulgo Cupam vocant, quod viginti & ſex modios amplius minusve capiebat, cereviſia plenum in medio habebant poſitum. Ad quod vir Dei acceſſit & ſciſcitatur quid de illo fieri vellent. Illi ajunt Deo ſuo Vodano, (a) quem Mercu-*

a) apud *Anonymum* ita legitur: qui apud eos

Mercurium vocant alii, ſe velle litare. Illé peſtiferum opus audiens, vas eminus ſufflat, miroque modo vas cum fragore cereviſiæ prorumpit: manifeſteque datur intelligi, Diabolum in eo vaſe fuiſſe occultatum, qui per profanum litatorem caperet animas ſacrificantium. Videntes barbari obſtupefacti ajunt, magnum virum habere Dei anhelitum, qui ſic poſſit diſſolvere vas ligaminibus munitum; caſtigatosque dictis Evangelicis, ut ab his ſegregarentur ſacrificiis, domum redire imperat. vid. Joh. Mabillon Act. Sanctor. Ordinis S. Benedicti Tom. II. p. 26. *Du Cheſne Hiſt. Franc. T.* I. p. 556. *Baron. Annal. ad ann.* 612. *Tom.* VIII. p. m. 225.

Cibus Einheriorum ſive Monoheroum lardum apri.

§. XV. Pro cibo Einheriis erat lardum apri illius qui Serimner dicitur. Is quotidie elixatur, ſed veſpere integer remanet, ut habet *Edda Mythol.* 33. an quia caro ſuilla omnium maxime alens habetur? an quia ob ſaporem in deliciis Septentrioni erat, teſtante Starcathero apud *Saxonem lib.* 6:

Caro ſuilla & pernæ veterum delitiæ.

Fugimus lautæ vitium popinæ,
Rancidis ventrem dapibus foventes

Cocti-

Vuotant vocatur, Latini autem Mortem illum appellant.

Digitized by Google

Coctiles paucis placuere ſucci
Tempore priſco.
Diſcus herboſi vacuus ſaporis
Arietum carnes dabat & ſuillas,
Temperans uſus nihil immodeſto
Polluit auſu.

unde & ſale ac fumo conditis perlibenter veſcebantur, ut idem Starcatherus l. c. ait:

Hic famis primæ ſtimulum licebat
Aridis pernæ natibus levare. (a)

An potius quia aper majoribus noſtris Symbolum fuit antiquiſſimi Odini ſive Solis, cujus cultum in ſe transtulit alter Odinus armis præſtigiisque potens. Declarat id *Gothriks Saga* ſequentia habens: *Rex ſacrificavit Frejo* (hic idem ac Sol) *verrem, quem ſciebat ſe opportuniſſime daturum eſſe Frejo. Hunc dixerunt tam ſanctum eſſe, ut ſuper ſetas ejus manus componerent & in cauſis graviſſimis jusjurandum ederent. Is verres Soni* (ſive Soli) *mactandus erat. Feſto veſpere adducendus erat Sonis* (ſive Solis) *verres in aulam (b) ante conſpectum regis: ibi ſetis*

Apri honor apud majores noſtros.

a) & hodie quantis in deliciis lardum ſit Septentrioni &, qui ad eam regionem vergunt, Germaniæ populis, Weſtphalis & Saxonibus inferioribus, nemo ignorat.

b) adductionem hujus ſancti verris ſuper equum, ne forte terræ attactu pollueretur,

Digitized by Google

ſetis ejus manus imponebant & vota conceptis verbis nuncupabant. Conf. *Hervarar Saga cap.* 14. p. m. 138. in cujus Lectione tamen ut & omnium fere *Sagarum* lector obſervare debet, *Freyum*, *Friggonem*, *Frigam*, *Fream* plerumque inter ſe confundi, quemadmodum *Tacitus* de *Mor. Germ.* cap. 45. *Matrem Deûm* interpretatur, quam Solem ſive Frejum didicere debuiſſet. Scribit enim de Æſtyis: *Matrem Deûm venerantur; inſigne ſuperſtitionis FORMAS APRORUM geſtant. Id pro armis omniumque tutela ſecurum Deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat.* De verre autem vel apro dubitatio ſuboriri poſſet, qui Soli ſacrum eſſe queat animal terreſtre tamque abjectum? Reſpondet pro nobis *Edda* (ex lectione *Rudbeckii Atlant.* P. II. c. 5.) nempe, ut Solis currum equis trahi aliis gentibus perſuaſum erat, ita Septentrionales verrem currui ejus junxiſſe, nomine *Gullinbuſte*, hoc eſt, ſetarum aurearum, qui ex pelle ſuilla in fornace per Pigmæum eſſet fabrefactus. Pergit *Edda: Freyo verrem donavit peraëra & aquam nocteque dieque velocius longiusque equo curſurum, nec tantas unquam*

repræſentant veteres nonnulli nummi ſeptentrionales, quorum aliquos invenias apud *Camdenum*.

unquam noctis tenebras, quin eo præſente colluſtrentur, circumjecta; tantus ſetarum fulgor erat. Aliam rationem eadem *Edda* ſuppeditat, Othinum ſcilicet ſive Solem confecto annuo curſu in antro laſſum requieviſſe; ad hunc aprum vel verrem acceſſiſſe arreptoque Othino ac graviter ſauciato meliorem ſanguinis partem exſuxiſſe; reliquo ex cruore in humum deſtillante abietes primasque veris herbas enatas. Illa igitur ratione ſi metiamur ſacrificium verris, in honorem Solis fuit mactatus, hac vero vulnerati numinis juſtas perſolvit pœnas. Suſpicatur *Verelius not.* ad *Hervarar Saga* p. 130. præter verum illum verrem *infeſto Jolenſi* alium etiam fictum fuiſſe adhibitum. Ruſticani enim homines hodieque in Paraſceve Jolia, (a quo feſto Odinus etiam *Julvatter*, pater illius veteribus dicebatur) panem figura verris (nomine *Julagalt*) conficere eumque per totum Juliorum tempus, quo menſas pane, perna aliisque ferculis inſtruunt, majorum more ominisque cauſa usque ad Canuti diem (13. Januar.) in menſa exponere ſolent. Sintne hæc moris antiqui an ſuperſtitionis reliquiæ non definimus. Neque enim ad omnes per-

De feſto Jolenſi & verre Julio.

Digitized by Google

pertinet, quod *Verelius loco citato* ſubjungit: *Plures verrem iſtum fictum ſiccant, & ad veris tempus, cum ſemina ſulcis ſunt credenda, ſervant: tum partem ejus comminutam in vas vel corbem, ex quo ſemina ſunt diſpergenda, immittunt, hordeoque permixtam equis aratoribus, alteram ſervis ſtivam tenentibus comedendam relinquunt: ſpe forte uberioris meſſis percipiendæ.* Videor jam mihi intelligere, quam ſuperſtitionem prohibeat *Indiculus Superſtitionum & Paganiarum Synodo Liptinenſi ſubjunctus §. 26.*

Conjectura de ſimulacro de conſperſa farina.

DE SIMULACRO DE CONSPARSA FARINA, & quare Februarium menſem a placentis *Solmonath* dictum autumet Venerabilis *Beda.* Antiquiſſimis enim temporibus feſtum Jul, maximum inter ea, quæ majores noſtri gentiles celebrare ſolebant, in menſem Februarium pertrahebatur. Celebrabatur autem continuis fere compotationibus, ita ut in Runicis Calendariis dies ejus quam maxime feſti appoſito cornu ſive poculo indicentur. A qua vitæ & voluptatum ratione, cum primi Chriſtiani Principes difficulter revocandum cenſerent populum, gaudia Jolenſia in Feſtum Nativitatis Chriſti retraxe-

Digitized by Google

traxerunt, quod etiam in plurimis Septentrionis tractibus more a majoribus accepto partim frivolis superstitionibus, partim tantis commessationibus & compotationibus, prima præsertim nocte Julia, quæ festum Nativitatis præcedit, (& more veterum diem post se ducit) celebratur, ut fatalis inundatio, quæ nostra & recentissima quidem memoria anno 1717. tractum Bremensem & Ferdensem cum vicinis graviter afflixit, plurimos homines abripuerit gaudiis Jolensibus inebriatos neque sui satis compotes.

Gaudia Jolensia anni 1717. in luctum versa.

§. XVI. Monoheroum quotidiana exercitia erant bellica, ad quæ gallicinio excitatos innuit *Wolospa* Stropha 41:

Exercitia bellica Monoheroum.

Gol um Asom
Gullinkambi
Sa vekr haulpa at hiarar
at heria faudrs.

hoc est:

Cecinit circa Asas sive Deos
Aurea crista insignis,
ille viros ad arma excitat
apud exercitus patrem, scilicet Othinum.

Nominat *Woluſpa* paulo ante hunc locum alium Gallum *Fialar* nomine & purpureo colore, qui plane diverſus a noſtro & ignem ſignificat, quemadmodum Germani etiamnum dicunt *einem einen rothen Hahn aufs Hauſs ſetzen*, cum de incendiariis ſermo eſt. Ita expergefacti Einheriar quotidie ſumtis veſtibus & armis in aream exibant, ibique dimicabant unusque alterum proſternebat. Inſtante vero prandii tempore domum ad aulam reverſi conſidebant amici poculisque largisſime indulgebant. *Edda Mythol.* 35. conf. *Saxo lib.* 1. Othini artibus cæſorum quilibet eadem die vitam recuperabat. Inde *Lucanus* de Druidibus *lib.* I. *Pharſ.*

-- -- vobis autoribus umbræ
Non tacitas Erebi ſedes Ditisque profundi
Pallida regna petunt, regit idem ſpiritus artus
Orbe alio. Longæ (canitis ſi cognita) vitæ
Mors media eſt. -- --

item opificia. Qui arma viventes non tractaverant, opificium, imprimis quod uſui armorum inſerviebat, edocti illud exercebant. Conjecturam hanc ſuppeditat Scallagrimus faber ferrarius ſummæ induſtriæ, de quo *Eigla* apud *Barthol.*

Barthol. l. c. p. 350. *Let Egill þar giora haug a framanverdu ne ſinu var þar i lagdr Skallagrimr ok heſtr hans ok vapn hans ok smidartol.* h. e. Egillus in extrema linguæ ora tumulum fieri curavit, in quem Scallagrimus cum equo ſuo, armis & fabrilibus inſtrumentis illatus eſt. *Edda* pariter tradit, Dvergos ſeu Nanos in Valhalla fuiſſe fabrilis artis cultores. Armorum præterea uſus neceſſarius erat in armiluſtrio, quod Othinus ante Crepuſculum Deorum inſtituere debebat, & cujus *Niala* meminit apud *Bartholin.* l. c. p. 582.

Patet inde, cur arma aliaque una cum defunctis fuerint ſepulta.

§. XVII. Ratio ex dictis patet, cur majores noſtri una cum defunctis equos, gladios, pugiones, haſtas aliaque armorum genera (quæ inter frequens effoditur quod *Donnerkeil* appellat vulgus) ſepeliverint. Et gladius quidem vivis chariſſima ſuppellex ante omnia mortuos debebat comitari. Gladium apud Scythas tanquam Dei ſimulachrum fuiſſe habitum ac cultum, *Pomponius Mela lib.* 2. *Solinus cap.* 20. *Herodot. lib.* 4. *cap.* 62. aliique perhibent.

& primo quidem gladius.

ejus honor, & ſanctitas.

Super gladium juramenta præſtabant, fœdera ſanciebant Septentrionales. *Juramenta ſuper gladios.* *Ammianus Marcellinus lib.* 17. *cap.* 12. p. m. 139. de Quadis: *eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere, ſe permanſuros in fide.* (Conſtantii) Conf. *lib.* 31. de Alanis. De Danis *Adamus Bremenſis cap.* 30: *Cæſari miſerunt gladium videlicet capulo tenus aureum & alia multa, pacem firmam ritu gentis per arma juraverunt.* Conferatur *Monachus Laureshamenſis ad ann.* 811. *Annal. Fuldenſ.* apud *Freher.* p. 37. De Scythis *Luciani Toxaris* p. m. 630. de Saxonibus *Chronicon San-Benignianum Dacheriani ſpicilegii Tom.* I. p. 383. In Polonia *Reliquiæ hujus moris.* mos diu obtinuit, Chriſtiana etiam Religione huic regno illata, ut homines equeſtris ordinis in templis, cum ſacerdos ante altare recitaret Evangelium, gladios medio tenus ſtringerent, quaſi profitentes Evangelii & Religionis defenſionem. *Cromer.* lib. 3. Quod innuunt etiam ſimiles fere ritus in Regum Ungariæ coronationibus hodienum obſervandi, cum novus Rex in collem prope Presburgum equo vectus, vibrato in aëre enſe regni defenſionem velut jurat. Inde eſt, quod hodieque feuda

feuda Imperii a Cæſare conferuntur oblato ad oſculum enſis manubrio, quam conſuetudinem vetuſtiſſimam eſſe *Snorronis Konung Harald Harfagers Saga cap.* 41. probat. Neque aliunde derivandus mos amicitiæ intimæ fraternitatisque jura inter pocula communicandi (*Brüderſchafften zu machen*) poſitis pollicibus ſuper evaginatum gladium. A quo non multum abit veterum Scytharum conſuetudo, de qua *Herodotus* lib. 4: *Quippe Scythæ infuſo in quendam calicem fictilem vino commiſcent ſuum ſanguinem qui feriunt fœdus cultello aut gladio aliquantulum corporis incidentes. Deinde in calice tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hoc ubi fecerunt, ſeſe multis verbis devovent: poſtea vinum epotant, non modo ii, qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites, hi qui ſunt maximæ dignitatis.* Religionem autem per gladium jurandi diu apud nos hæſiſſe documento eſt ſententia criminalis anno 1400. lata, quam exhibet *Wehnerus* in *Obſerv. Pract.* ſub voce *Beſiehnen: Wir die Richter und Bürger des Raths der Statt* N. *bekennen offentlich daſs für uns kam* N. *und ſprach: Er hatte in des Heil. Reichs und unſerer Statt* N. *Schloſſe in Gefängnüſs liegen ſein und des Lan-*

des Dieb mit Nahmen N. N. *und begehret mit dem zu fahren mit Recht, als ſich denn zu einen ſolchen ſchädlichen Mann hieſche, und verbürgt über ihn nach Gewohnheit und Recht unſerer vorgenannten Statt. Des war ihm Tag geſetzt zum Rechten auf dieſen Tag dato diſs Briefs. Alſo kam er für Gericht, und bat ihn ſein fürſprechen fragen: er hette ſeinen und des Landes Dieb liegen in den obgenandten unſerer Stadt Gefängnüſs wie er gefahren ſolt, daſs er recht und nicht unrecht thäte. Da erkanten wir mit gemeinen Urtheil: möchte er da beweiſen und zu Gott und den heiligen GESCHWEREN AUF EIN SCHWERD, daſs der genanndte* N. N. *ſein und des Landes Dieb wære, und dann daſs ſechs darnach geſchweren möchten mit Wahrheit ihrer Seelen, daſs der Eyd were rein und nicht nein, SO MöCHT ER DEN HENCKEN MIT SEINER SELBST HAND: oder ob er jemands hette, der das vor ihn thäte, biſs ihn gericht würde &c.* Sententia hæc accuſatori jus poteſtatemque concedit reum vel propria manu vel per alium in ſuſpendium agendi, (*a*) modo per juramentum ſuper gla-

Carnifices olim nulla plane macula notati.

a) Capitis ſupplicium reis inferre nulla laborabat infamiæ nota. Antiquiſſimis temporibus ipſi ſacerdotes & Druides jus exſe-

gladium & ſex teſtes ſimul cum accuſatore jurantibus (quod *beſiebnen* vocant) furti fuerit convictus. Arma autem & gladios in tanto honore habebant, quia omne præſidium omnemque ſalutem in iis ponebant, diſerte indicante *Aimoino de miraculis S. Germani lib.* I: *His ita placitis Rege quidem nolente Principibus tamen quibusdam muneribus læſis, Ragenarius Dux eorum* (Normannorum) *cunctique Prin-*

quebantur, vinciebant, verberabant, teſte *Cæſare lib.* 5. In urbe Imperiali Reuthlingenſi hodieque monſtrant gladium ærugine obductum, quo ætate minimus Senatorum ſententiam capitalem exſequebatur. vid. Camerar. hor. ſubciſ. Cent. I. cap. 76. Aliquibus Franconiæ locis, qui noviſſimus matrimonium inierat, laqueum collo condemnati injiciebat, quo facto reliqui cives alacres in auxilium concurrebant. *ibid.* In Monaſteriis Fratres Laici illud muneris ſibi injunctum ſciebant, & avorum memoria in Eboracenſi Monaſterio haud procul Bamberga Frater quidam Eberhardus nomine ejus rei perquam peritus habebatur. conf. *Acta Lindav.* f. 850. *Limn. Jur. Publ.* l. 1. c. 7. n. 46. Henricus Dux Megapolitanus, quod optimo juſtitiæ zelo publicorum itinerum latrones ipſe ſuis manibus ſuſpendebat ſuffocandos, jugulator ſive ſuſpenſor appellatus eſt. *Krantzius Vandal. lib.* 9. *cap.* 8.

Digitized by Google

cipes ad Regem (Carolum) *qui tunc in monaſterio macharii Dionyſii reſidebat, adducuntur: per Deos perque ea, quibus maxime ſe protegi ac ſalvari putabant, teſtantes numina vel arma, quatinus nequaquam ulterius vel fines ſui regni niſi fortaſſe auxiliatores intrarent aut contingerent.* Unicuique etiam fere gladio proprium inde nomen fuiſſe deprehendet, qui veterum Septentrionalium monumenta evolvit. Mores hi gentiles late per orbem diffuſi, ni fallor, quodammodo explicant *Ezechielis Prophetæ* locum alias difficilem *cap.* 32. v. 17: *Et non dormient cum fortibus cadentibus & incircumciſis, qui deſcendunt ad infernum* (ſepulchrum) *cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum.* Haquinum Regem morientem galeam, loricam & haſtam ſecum habere voluiſſe ex *Eivindi Skaldaſpiller Epicedio Carm.* 17. patet.

alia arma etiam conſepulta.

Equi. §. XVIII. Equorum quod idem uſus erat in Valhalla, qui armorum, & equites citius iter ad eam videbantur confecturi, mirum non eſt, eos ſepulchris dominorum ſimul fuiſſe illatos. Gretterus in tumulo quodam invenit oſſa equina & cadaver ſedili impo-

impoſitum, adhæc vaſa argentea & aurea. *Grettla cap.* 16. *Edda Mythol.* 44. & *Myth.* 43: *heſtr Balldrs var leiddr abalit med ollu reidi*, h. e. Equus Balderi cum omni apparatu pyræ injectus eſt, conf. *Myth.* 14. De Scythis conſulendus *Herodotut lib.* 4. *cap.* 72. De Germanorum moribus idem confirmat *Taci-tus*, & veſtigia apparent in Principum nobiliumque funeribus, in quorum pompis equus defuncti circumducitur, *Das Trauer-Pferd*, ante ſacra Chriſtiana introducta una cremari aut tumulari ſolitus. Oſſa etiam quam plurima ex tumulis effoſſa, quæ pro giganteis venditantur, equina eſſe, plane perſuaſus ſum. Equis, uti gladiis, apud majores noſtros pro ſingulari, quo habebantur, amore, peculiaria nomina fuere. Regis *Ali* equus *Raffn* dicebatur, *Edda* Mythol. 64. Adili Regis *Sluger*, *ibid.* Sigurdi *Gran*, *Myth.* 72. ipſius Odini equus *Sleipner*, quem octo pedibus fingebant. *Myth.* 14. & 36. Communio autem rogi tanquam ſingularis honor denegabatur, ſi dominum deſeruiſſet ad prœlium properantem aut in ultimo diſcrimine verſantem. vid. *Gangu Rolfs Saga* cap. 3.

Reliquiæ hujus moris.

§. XIX. Equis deſtituti pedibus *Defuncti*

calceis induti. dibus iter ad Valhallam emetiri debebant, in quem finem, ut firmiori greſſu ad ea gaudia poſſent properare, calcei, quos letales id circo vocabant, mortuorum pedibus firmiſſime alligabantur. Fidem huic rei facit locus in *Gisla Surſſonar Sogu* de Veſteini exequiis a Thorgrimo occiſi: *Enn ſem þeir hofdu veitt Veſteini umbunad geck þorgrimr at Gisla oc mællti. Þat er tidska at binda monnum helsko sem menn skulu aganga til Valhallar oc mun ek Veſteini þat giora. Oc sem hann hafdi þat giort mællti hann. Eigi kann ek helsko at binda ef þeſſir losna.* h. e. Cum vero Veſteini corpus ad ſepulturam paraſſent, Thorgrimus Gislavum adiit dicens: mos eſt calceos letales hominibus alligare, quibus iter ad Valhallam calcent; hoc officii Veſteino præſtabo. Quo impleto adjecit: Calceos letales adſtringere non calleo, ſi hi ſolvantur. Cave autem exiſtimes calceos ex corio factos in hunc ſemper uſum fuiſſe adhibitos. Soleæ ligneæ erant, Deorum etiam, *Mythol.* 21. 22. quæ corrigiis alligabantur, teſte *Saxone lib.* 6. Solus Deus Vidarus calceis ex corio factis ſuperbiebat, *Mythol.* 48. qui ſine dubio in cre-

Calcei ex corio facti olim rariſſimi.

crepuſculo Deorum perituri erant crepidis aureis tantum ſuperſtitibus, quas Asæ poſſederant, *Edda Mythol.* 49. Nempe ſubſecutis etiam ſeculis calcei ex corio facti non uniuscujusque uſus poterant eſſe, & plebi ſufficiebant crepidæ ligneæ Belgis etiamnum perquam familiares & *Holenblocken* dictæ, Germanis *Puntſchueh*, velut *gebundene Schuhe*, quia alligabantur, culpanei, vide *Ruſticanum Terminorum* Norimbergæ 1482. impreſſum, a qua voce, miſeriæ ſuæ teſte, ruſtici in Spirenſi Epiſcopatu anno 1502. tumultum excitantes, globum ſuum nominabant *den Bundſchuh*. Fuit etiam tempus, cum Langedica, haud ignobilis pagus Hollandiæ Septentrionalis, quatuor aut ſex ſolummodo calceos contineret, quibus induebantur Scabini Hagam vel in aulam vocati. *De kleyne Cronyck van Graeffen Ryp, beſchreven door J. A. Leegwater: Ick heb wel eertyts groote converſatie gehadt met een ſeker man, genaemt Reyer Dirckſen, die uyt het noordeland van Nieuwe Nierop van geboorte was, welcke my verhaelde van de groote eenvoudigheyt van't volck in Noord-Holland, hoe dat aldaer onder andere in oude tyden in het geheele dorp van Lange-dyck niet meer als twee of drie par ſchoenen waeren, welcke geſpaert wier-*

wierden voor de Schepenen en Regenten van't Dorp, wanneer datſe nae den Hage ſouden trecken, die de ſelve dan aendeden; gaende het volck doorgaens met klompen en Hoolblocken, ende het vrouw-volck gemeenlyck met ſtrompelingen om de kuyten van de beenen, ende met beſuynen aen haer voeten, gelyck ick in myn jonckheyt oock geſien heb. Conf. *Lydii Belgium glorioſ.* p. 5. & p. 186. *in notis.* Vitio inde nemo vertet *Martino Luthero*, quod in explicatione articuli quarti Orationis Dominicæ inter peculiaria Dei dona, quæ generi humano largitur, poſtquam veſtitum nominaverat, ſpecialiter addat calceos, quorum ſcilicet uſus iis temporibus nondum adeo vulgaris erat, quam poſt commercia Ruſſica & coriis inde allatis, patrum & noſtra memoria factus eſt.

aurum, ſuppellex, aliaque pretioſa ſimul etiam ſepulchris illata.

§. XX. Ex eadem ratione, nempe ob uſum in Valhalla veſtes etiam pretioſæ, armillæ, annuli aliaque pretioſa ſive clenodia ſimul ſepeliebantur. vide *Egils Saga* & *Holmveria Saga* apud *Barthol.* p. 500. ſeq. *Saxo Gramm. lib.* 8. p. m. 147. *Snorronis Konung Hakon Adalſtens Foſtres Saga cap.* 32. *Pompon. Mela lib.* 3. c. 2. *Cum mortuis cremant*

mant ac defodiunt apta viventibus &c. *Cæſar de B. G. lib.* 6. *cap.* 19. *Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa; omniaque quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo ſupra hanc memoriam ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis, una cremabantur.* Inde Nimiſchæ, in pago uno milliari a Gubena diſtante univerſus adparatus culinarius erutus, cacabi, ollæ, catini, phialæ, patinæ, urceoli, lagenulæ, teſtante D. *Chriſtiani Stieffii Epiſtola* ſupra citata. Lappones hodieque cum mortuis ſepeliunt arcum, ſagittas, ſecurim, ſilicem & chalybem, quorum uſus eſſet tum in vita futura, tum via ad eam patefacienda. Aurum & argentum etiam tumulis injiciebant majores noſtri. vid. *Eddæ Mythol.* 65. *Saxo lib.* 8. idque, quia Odinus eos edocuerat, quantum rogo cadaverique adjiceretur pecuniæ, tantum ad Valhallam perventurum. *Ynglinga Saga* cap. 8. Qui mos invecta ſtatim religione Chriſtiana exolevit, docente *Bua Saga: Med þui Bui var skirdr madr enn blotadi alldri ka let Helga grafa Bua undir kirkiu vegginum ſydra oc lagdi ecke fe neitt hia honum.* hoc eſt: quoniam Boo baptizatus fuerat, neque idolus unquam ſacrifi-

crificaverat, Helga eum ad auſtrale templi latus ſepeliri fecit, nulla ipſi appoſita pecunia. *Barth.* l. 2. c. 9. p. 432. Turcas, propaginem Scytharum, byſantios aureos cum mortuis ſepeliviſſe teſtatur *Petrus Tudebodus lib. 3. de Hieroſolym. Itiner.* Romani etiam & Græci defunctorum ori imponebant nummum, quem Charonti tanquam portorium ſolverent, cum, antequam in campos Elyſios pervenirent, Stygia palus eſſet trajicienda. Ab hac vanitate ut eo facilius populum revocarent, ſacerdotes Chriſtiani in pejus mihi videntur delapſi, S. S. Euchariſtiæ Symbolis & pane imprimis conſecrato, non mortuis tantum infuſis, ſed etiam conſepultis ad modum nauli ſive viatici, per quod ad cœlum perducantur. conferatur præter *Joh. Andream Gleichium & Joh. Andream Smidium de Euchariſtia moribundis ac mortuis olim data, Theophilus Raynaldus in Heteroclitis Spiritualibus Tom.* I. *Sect.* I. *punct.* VII. *fol.* 82. *& Sect.* II. *punct.* X. *fol.* 418. *ſeq. Tom.* II. *Sect.* I. *punct.* VI. §. 1. 2. *fol.* 86. *Stief.* l. c. Noſtris uti & Stygis flumen & Charontis portorium erat ignotum, ita inuſitatum erat pecuniam ori mortuorum immittere. Sub humeris potius & genubus

Abuſus Symbolorum SS. Euchariſtiæ.

nubus repoſuiſſe indicat *Grettis Saga* de Grettero tumulum Kari animoſe intrante: *einn kiſtil fann hann undir fotum haugbuans ok var hann fullr af ſilfri.* h. e. ſub pedibus terricolæ arculam invenit argento repletam. *Barthol.* p. 436. *Pomponius Mela* l. c. refert olim negotiorum etiam rationem & exactionem crediti defunctis commiſſam eſſe. Quod tamen inter figmenta habendum crediderim, usque dum ex domeſticis documentis aliqua parte confirmetur. Eodem cenſu habeo & illud quod *Valerius Maximus lib. 2. cap. 6. n. 10.* ſcribit: *Gallos memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare ſolitos.* Neque vero ea tantum pecunia ad Valhallam comitabatur, quæ cum defunctis vel cremata vel tumulo illata erat, ſed illa etiam, quam ante obitum in terra defoderant vel puteis abſconderant. Videatur de Keltibiorno *Landnama.* Erat enim iſta pecunia in Odini tutela ut primum fuerat defoſſa. *Ynglinga Saga cap. 7.* p. m. 8. *ſeq. & cap. 8.* p. 10. atque ſive in tumulis ſive aliis locis condita

Pecunia ſub humeris & genubus repoſita.

pecunia in terra abſcondita & defoſſa etiam ad Valhallam perveniebat.

ignibus cuſtodiebatur.

dita fuerat, cuſtodiebatur per ignes velut ſacros nec mortalium manibus tangibiles. Talibus ignibus, ut vetus gentis ſuperſtitio ferebat, S. Jacobi Apoſtoli tumulum ferunt prope Compoſtellam Hiſpaniæ ſub rege Alphonſo II. caſto detectum. Inde hodienum plebeculæ rumores de theſauris ardentibus *von brennenden Schätzen*, & carbonibus eis in locis exſtantibus, qui ſilentio ſummo collecti in aurum commutarentur. Dracones etiam & ſerpentes, qui cuſtodiendis illis theſauris narrantur invigilare, lapidibus ſepulchralibus, *Bautaſteinar*, quorum plurimi illorum animalium figuris erant inſigniti, debent originem atque natales. Quæ cum iis modo, quorum mentio brevi hoc Tractatu facta eſt, collata, facilem conjecturam ſuggerere poſſunt, quantum figmentorum & fabularum ex majorum gentiliſmo etiamnum vulgi inhæreat animis. Rem illuſtrat *Grettis Saga: Quodam veſpere Gretterus ignem multum lucentem vidit in promontorio ad aquilonarem partem vici ſito* (erat in Norvegia) *rogavitque quid eſſet? Audunus reſpondit nihil ipſum referre. Gretterus dixit, ſi hujusmodi ignis in mea patria* (Islandia)

Inde fabulæ aniles de theſauris ardentibus.

(Islandia) *conſpiceretur, crederent homines, eum ſuper pecuniam ardere. Audunus regesſit: Huic talis præeſt, ut curioſius in illum quærere non conducat. Attamen ego, quis ſit, ſcire aveo, fatur Gretterus. Tunc memorat Audunus: in illo promontorio tumulus exſtat magnus & firmus, in illum illatus eſt Karus annoſus. Barth.* l. 2. c. 2. p. 275. Pari modo ibidem *Egils Saga: geta þeſs ſumir at Egill muni þar feit hafa folgit þui at þangad er oftliga ſen hauga elldr.* hoc eſt: quidam conjiciunt, Egillum ibi theſaurum ſuum defodiſſe, cum ex illo loco ſæpius ignis emicet. Interiora tumulorum tuebantur ex inferno ſcaturientes aquæ. vid. *Edda Myth.* 44. *Saxo lib.* 3. Addimus tandem locum, quem *Barth.* l. 2. c. 9. p. 432. ex *Sogu af Droplaugar ſonum* refert: *Arneidr heilſade Katle oc mælti, kol hefi ek her fundit. þau grofu þar ſandinn oc fundu kiſtil eimi fullan af ſilfri.* h. e. Arneida Ketillum ſalutavit, & indicavit, ſe illic carbones inveniſſe. Illi junctim terram effodientes ciſtam argento plenam invenerunt. Non temeraria enim erat conjectura, carbones ex pyra reſtare, qua mortui cujusdam cadaver crematum eſſet, cui theſauros adjectos eſſe, mores patrii ſuſpicari jubebant.

Reliqua dogmata majorum de vita futura.

§. XXI. Evolutis cauſis, quibus inducti majores tumulis inferebant ea, quæ quotidie ex tumulis & iis ſaxorum ſtructuris, quas nunc tractamus, effodiuntur, lectori non ingratum fore ſperamus, ſi brevibus reliqua eorum dogmata de ſtatu animarum poſt mortem ſubjungamus. E mortalium numero, quos in aulam ſuam accerſere volebat, per virgines Valkyrias eligere vel invitare credebatur Odinus, uti *Eivindus Scaldaſpillcr in Carmine Hacomar Maal* dicto abunde indicat. conf. *Mythol.* 31. Valhalla autem interdum *Asgardia*, ſive Deorum domicilium dicitur, *Mythol.* 6. (cujus rei pluribus diſcutiendæ eſſent rationes) nonnunquam *Godheim* ſive Deorum ſedes, ut in *Snorronis Sturleſonii Ynglinga Saga cap.* 10. p. 11. Alias *Wingulf* h. e. amicorum palatium, *Mythol.* 3. quod Deabus tribuit *Myth.* 13. & *Gladsheimur*, gaudii mundus, locus lætitiæ, *Mythol.* 12. *Walaskialff Mythol.* 15. Et præter Valhallam aliæ urbes in cœlo erant beatorum partim vel potius Aſarum & Deorum ſedibus deſtinata. Memorat enim Edda urbem *Alfheimur* (Faunorum mundum) quam incolunt, lucidi fauni *Liosalfar* adpellati,

pellati, uti Dockalfar ſive nigri Fauni viſcera terræ interiora tenent, re & adſpectu prioribus illis valde diſſimiles. Tertia in cœlo urbs eſt *Breidablick* (latus ſplendor.) Quarta *Glitner* dicitur (rutilans) cujus omnes parietes & columnæ ſunt ex auro obrizo & tecta ex argento. Quinta *Himinbiorg*, h. e. arx cœli. Hæc ſita eſt in extremo Olympi ad finem pontis, ubi *Bifroſta* i. e. Iris cœlum attingit & bonus medo bibitur:

Himinbiorg heita
enn þar Heimdall kveda
vallda veum
þar vordr guda dreckr
i vero ranni
gladr hinn godo miod.

h. e.

Himinbiorg vocantur
Ubi Heimdallum dicunt
imperare ſacris locis;
Ibi cuſtos Deorum (Heimdallus) bibit
In habitatione ſua
lætus bonum medonem.

Mythol. 15. Habebant præterea & Freja & Thorus ſua palatia, quibus defunctos excipiebant, ſed ea veluti Valhallæ appendices cenſenda putamus. Freja partem cæſorum ſibi vindicabat mediam

ubicunque in pugnam equitaverit. *Mythol.* 22. unde Poetis dicebatur *Eigande Walfals*, cæsos in bello sibi asserens. In ejus aulam etiam veniebant e sequiore sexu, quæ virgines obiissent. Islandi quoque apud Thorum animas sedem habituras credebant, cujus palatium *Edda Myth.* 19. describit capacissimum. Servos insuper ad Thorum delatos innuit Harbartus in *Harbardzliodum* ap. Barthol. p. 386. seq. Morbo ac senio confecti, quod ad animarum sedes attinet, malorum numero habebantur, & ad *Helam* detruduntur, quam vocem primi Christiani ex majoribus nostris retinuerunt & postmodum in *Hölle* transformarunt, infernum æternosque cruciatus indicantes. Certe in *Tatiani Alexandrini Harmoniæ Evangelicæ antiquissima versione Theodisca* pro voce *Hölle* semper invenias *Helle*. Sedes sive palatium Helæ dicitur *Nifleheim*, in quo velut carcere concluſi, fame, mœrore & ægritudine discruciantur. *Hela* ipsa una sui parte cærulea est, torva & truculenta, altera colorem retinet pellis humanæ, *Edda Mythol.* 28. Ad hanc Balderus etiam delatus

De dea Hela, a qua Germanorum vox Hölle, quæ infernum notat, descendit.

Mythol.

Mythol. 44. *Saxo* l. 3. p. 43. forte quia ludicro tantum certamine perierat. *Mythol.* 43. Saxo hanc *Helam* non incongrue vertit *Proſerpinam* l. c. in quo *Thormondus Torfæus* eum ſequitur *Hiſt. Hrolfi Krakii pag.* 46. In Ducatu Sleſvicenſi ea ſuperſtitio etiamnum obtinet, ut *Hel* dicant mortem vel ſpectrum tempore peſtis equo (qui tribus tantum pedibus incedit) inequitans mortalesque trucidans. Vico vel oppido fatali hoc contagio afflato, vulgus ait Helam circumire, *Der Hell geht umher.* Canes etiam tum ab ea inquietari indicant formula: *Der Hell iſt bey denen Hunden.* Hellam adveniſſe aſſerunt, ubi peſtis indicia ſeſe produnt, *Der Hell iſt da ankommen;* iterum ceſſante malo Hellam abactam affirmant. Morbo ad extremum redacto homine, ab Hela eum afflictum dicunt: *Er hat ſeine Helſoot*, i. e. *ſeine kranckheit von Hell.* Si forte talis ægrotus vires ſanitatemque recipiat, eum cum *Hela* vel *Hell* transegiſſe pronunciant, *Er hat ſich mit dem Hell abgefunden. Torgill. Arnkiel in Cimbria* cap. 9. § 2. p. 55. quæ optime mihi videntur illuſtrari loco *Saxonis lib.* 3. p. m. 43. de Baldero vulnerato: *Poſtera nocte eidem Proſerpina (Hela,* quod patet ex *Edda) per quietem adſtare aſpe-*

aſpecta poſtridie ſe ejus complexu uſuram denunciat. Nec inane ſomnii præſagium fuit. Neque ſcrupulum debet injicere, quod in Cimbricis locutionibus quas adduximus, *Hela, der Hell* in maſculino genere dicatur, cum *Edda* tamen & *Saxo* fœminam fuiſſe perhibeant. Eorum enim Sexus ut plurimum duplex æſtimabatur apud veteres tum Romanos & Græcos tum noſtros. Et *Hollerum* etiam dixerunt inferni dominum ex recentioribus nonnulli, inter quos nominandus *Martinus Hameonius in Friſia*:

Pluto ſed & Friſiis cultus quandoque videtur
Atque *Holler* dictus vulgari nomine, tanquam
Inferni Dominus, connexa voce gemella.

fol. 77. ſcilicet *höllen-herr*, in quo tamen hallucinatur. conferatur *Joh. Magnus.* Ab eo autem plane diverſus eſt Hollerus, qui aliquando Othino poſteriore proſcripto atque in exilium miſſo, in ejus locum a Suecis fuit ſuffectus, pulſus poſtmodum & a Danis occiſus, teſte Saxone.

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

De Herculis columnis in Septentrione, item de Hercule Maguſano & Saxano.

§. I.

Tacitus memorat Herculis columnas in Septentrione.

SUperſunt alia, quæ probant, moles noſtras fuiſſe Monumenta Heroum ſepulchralia. *Tacitus* de *Mor. German. cap.* 2. ſcribit: *Fuiſſe apud eos* (Germanos) *& Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium. Ituri in prœlia canunt.* & *cap.* 34. de Septentrionali Germaniæ parte agens: *Supereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgavit, ſive adiit Hercules, ſeu quidquid ubique magnificum eſt, in claritatem ejus referre conſuevimus. Nec defuit audacia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit; ſanctiusque ac reverentius viſum de actis Deorum credere, quam ſcire.* Hæc graviſſimi Scriptoris loca anſam dedere nonnullis conjectandi, iſtas Herculis columnas non alias fuiſſe, quam moles noſtras ſaxeas in Friſia & Drenthiæ tractu exſtantes. vid. *Piccard. Antiqq. Drenth. Diſt.* 5. & 19. *Ant. Schœnbov. loco ſupra citato. Olaus Rudbeckius*

Digitized by Google

Suecus, qui nihil non gloriæ gentis ſuæ decedere arbitratur, quod aliæ ſibi poſſent vindicare, plusquam Herculeo labore in patriam ſuam illas Herculis columnas transfert, *Atlant. Tom.* I. c. 7. §. 5. p. m. 232. ſeq. vir quondam egregiæ diligentiæ ac fœcundiſſimi ingenii, ſed cœco patriæ amore eo usque abreptus, ut judicium in pluribus, in potiſſimis fidem etiam deſideres. Si fidem habeamus iis, qui Herculem antiquiſſimum Celtarum Regem (*a*) fabulantur, & aliis qui Herculem Ale-

De Hercule Celtico.

a) quod ii faciunt, qui nugis ſuppoſititii *Beroſi* decepti fingere in antiquisſimis malunt, quam ignorantiam ac Scriptorum penuriam confiteri. *Hiſtoire de l'etat & Republique des Druides, Eubages, Saronides, Bardes, Vacies, anciens Francois* &c. *depuis le deluge univerſel, jusqu'à la venüe de Jeſus Chriſt par P. F. Noël Talepied, Lecteur de Pontoyſe 8. Paris.* 1585. *lib.* 2. c. 8. p. 31. ſeq. *Jacques de Charron Hiſt. univerſelle cap.* 23. *fol.* 102. *Hiſtoria de Segova aut. Diego de Colmenares, Madrit.* 1640. *fol.* p. 2 ſeq. *Franc. Diago Hiſtoria de los victorioſisſimos Antiguos Condes de Barcelona. Barcellon.* 1603. *fol. lib.* I. *cap.* I. *A. de Salazar Recherches des Royaumes d'Eſpagne pag.* 67.

Digitized by Google

Alemannicum (*a*) detortis utcunque

M 5 vocum

De Hercule Alemannico.

a) Aventin. Annal. Boj. lib. 3. cap. 1. Begerus in Thesauro Palatino pag. 16. seq. statuam æream antiquitatis venerandæ memorat in Electorali cimeliarchio asservatam, quam *Alemannum* exhibere, Deum Germanorum, a Maximiliano I. Imperatore in pago Alma prope Constantiam anno 1507. repertum, inscriptio sequens veteris membranæ, quæ juxta asservatur, prodit:

Allmann Abgott bin ich,
Die Teuschzen iren mam hambt durch mich,
Von grossen Streiten der walhen dich versich,
Alamanna Teuschzland nent sich,
Bey Cosinitz im Dorff Alma lag ich,
Durch Künig Maximilion schickt es sich,
Im XVC und VII. Jare in die Lad legt er mich.

quæ uti nullis scriptorum fide dignorum testimoniis nituntur, ita facile refutantur vero nominis Alemannorum etymo. Simulacrum præterea *Begero* l. c. adductum, non alium quam Mercurium refert Romanorum, quod pileus indicat, non obscuris alarum vestigiis, indicia insuper caducei in inferiore ejus parte, & manus eo situ, qui Mercurii solet esse, marsupium & caduceum gestantis.

Digitized by Google

vocum originibus (*a*) fingunt, nullo fere negotio in eorum partes pertrahemur, qui fabularum ſomniis magis delectantur, quam genuinis ac rationi conſonis Hiſtoriæ momentis. Verum enimvero qui æquo animo veterum commenta de Hercule ſuo penſitaverit, facile deprehendet, Romanos & Græcos, quidquid unquam inſigne ac magnificum bellicæ virtutis proditum fuit, ad Herculem ſuum retuliſſe, ac pene non tam unicum heroem, ſed omnes fere robore ac egregiis facinoribus inclytos hoc indigitaſſe cognomine. Inde profecto eſt, quod *Varro* quadraginta tres Hercules nominat, & *Cicero lib.* 3. *de natur. Deorum* ſex agnoſcit. Romanis imprimis ſolenne erat devictarum gentium numina cum ſuis commiſcere; vel quia quidquid ubique Deorum erat a gente orbis pene terrarum victrice coli vellent videri, unde peregrina etiam ſacra Romæ plane interdicta

a) *Erd-Scul*, terrarum Protector, quaſi Hercules. Adrianus Scrieck Orig. Celtic. lib. I. p. 24. *Herkuller*, *Hertuger*, *Hereker*, *Herfader*, belli ſive exercitus dux, cujusmodi verborum luſus plures exhibet Olaus Rudbeck. Tom. I. c. 33. p. 743. ſeqq.

Digitized by Google

dicta erant; vel quia levisſimis indiciis decepti revera ſua numina ſibi cernere videbantur; vel denique quia lubenti animo ſua interpretatione ſubveniebant, ut in communionem ſacrorum venirent cum populis armis ſubactis, quos eo facilius hac ratione jugum Romanorum admiſſuros exiſtimabant, probe gnari, quantam vim in vulgi animis habeat Religio. Quare mirum videbitur nemini, a Romanis Scriptoribus Numina *Vulcani, Mercurii, Martis, Isidis, Caſtoris & Pollucis* aliorumque tribui Germanis, quibus illa ne nomine quidem innotuerant ante. Idem fuit fatum herois, quem Germani ob fortia facinora divinis mactaverant honoribus, nunc quidem ignoto nobis nomine, niſi idem fuerit ac *Eſus* vel *Ogomun* aut *Hermion* antiquiſſimus, quem Romani ſolenni Herculis nomine poſtmodum compellarunt. Neque ſcrupulum movere debent *Caſtra Herculis* inter ſeptem oppida ad Rhenum memorata, quorum mœnia disjecta veloci opere refecit Julianus Cæſar apud *Ammian. Marcellin. lib.* 18. *cap.* 2. quæque eo loco ſtetiſſe videntur, ubi hodieque *Erkelns* haud ignobile oppidum Guel-

Gueldriæ ditionis infertum Ducatui Juliacenſi, verſus Ruram fluvium. Conſtat enim illa a Romanis demum condita, qui Romana etiam nomina noviter exſtructis caſtellis imponere ſolebant. *Sylva* autem *Herculi ſacra*, de qua *Tacitus Annal. lib. 2. cap. 12.* agit, non aliter quam Romana interpretatione intelligenda eſt, de qua modo diximus. Idem ſtatuendum de *Campo Herculis lapideo* in Gallia Narbonenſi, de quo *Pomp. Mela lib. 2. cap. 5.* ſcribit: *Alioquin litus & lapideus (ut vocant) campus, in quo Herculem contra Albionem & Bergiona, Neptuni liberos, dimicantem, cum tela defeciſſent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe, adeo multi paſſim & late jacent.* conf. *Strabo lib. 4. p. m. 276. ſeq. Plin. Hiſt. Nat. lib. 3. cap. 4.*

Qua ratione Romani Herculis columnas in Septentrione quæſiverint.

§. II. Herculem igitur unquam in terris noſtris fuiſſe negamus, Romanos autem, cum relatum accepiſſent, exſtare in regionibus ſub Arcto rigentibus ingentes moles ſaxeas, quæ memoriam conſervarent inclyti Herois, novas finxiſſe Her-

Herculis columnas plane perſuaſi ſumus, præſertim cum obſcura atque incertisſima ſint, quæ ipſorum Scriptores de Gaditanis illius Herois columnis literis prodiderunt. vid. *Diodor. Sicul. lib.* 4. p. m. 226. *Pompon. Mela de ſitu orbis lib.* 1. *cap.* 5. *& lib.* 3. c. 6. *Solin. cap.* 24. Alii enim freti clauſtra intelligunt, alii Gades, alii etiam quidpiam ultra Gades ſitum. Nonnulli pro columnis habent Calpen & Abilam, alii inſulas exiguas utrique monti propinquas; alii columnas volunt æreas octo cubitorum, quæ Gadibus erant in Herculis delubro. vide *Strabonem lib.* 3. p. m. 258. ſeq. De iis tamen monumentis *Tacitus* intelligi non debet, quæ in Drenthiæ tractu & Friſia cernuntur, hæc enim Druſus Germanicus terreſtri itinere potuiſſet adire, neque Oceanus obſtitiſſet inquirenti. In eum autem errorem eo facilius Romani deducebantur, quod talia de Gaditani ſive Phœnicii Herculis columnis memorari ſciebant, quæ a noſtris monumentis parum abhorrent. Apud *Strabonem* enim *lib.* 3. *pag.* 202. quidam de fano Herculis ad occidentem ſito mentionem faciens, neque aram ibi eſſe ait, neque ullius Deorum;

rum; *sed lapides multis in locis ternos aut quaternos compositos.* Fas ibi non esse sacrificare, *neque noctu eum locum adire, quod ferant eum nocturno tempore a Diis teneri.* Nisi forte quis putet ad Tacitum famam perveniſſe rupis excelsæ in mari Septentrionali sub Norvagia, multa religione sacræ, ad quam ubi perventum fuerit, tyrones, quibus mare illud navigatum non est, statis ceremoniis & marina lustratione inaugurantur. Ea hodieque mutilata voce, ut nonnullis videtur, vel ab Hercule vel a columna *Col* nautis audit. Verum posthabita Romana denominatione *Kollum* & *Koll* veteribus petram significasse vel ex sola *Gothrici* & *Rolfi Historia* cap. 1. elucet & *Aræ multiscii sched. de Islandia* cap. 3. p. 19. ut taceam, a S. *Nicolai* nomine illam syllabam, ut in alia insula Germanici maris exemplum habemus, pene fluctibus jam absorpta, posse esse superstitem.

De Hercule Saxano. §. III. Atque de tali Hercule sive Heroe ob fortia gesta in Deorum numerum relato & a Septentrionalibus monumento sepulchrali culto intelligendæ sunt inscriptiones, quæ *Herculem Saxanum* referunt. Emi-

Digitized by Google

Eminet inter eas, quam in agro Clivenſi inventam Lectori hic communicamus ex collectione (*a*) Sereniſſimi Principis Naſſovii, Johannis Mauritii:

HERCULI SAX
ANO. SACRUM
C. SULPICIUS MA
TURUS LEG. XXII.
PRP.

De monumentis Clivenſibus.

a) Tot inter Heroes, qui felici conatu armorum ſtrepitum cum literarum amore conjunxere, primum fere nominare non veremur hunc *Johannem Mauritium*, cujus belli facinora Hiſtoricorum volumina ediſſerunt, amorem autem erga Muſas ipſe æterno opere monumentisque nunquam interituris teſtatum fecit poſteritati. Eximia ſcilicet veterum monumenta ſunt, meliorique, quam qua gaudent cura dignisſima, quæ ab interitu ejus auſpiciis vindicata & in agro Clivenſi (Bergendal prope Cliviam urbem) circum ipſius Principis monumentum ſepulchrale, quod exemplo rariſſimo eodem loco ſibi vivus exſtruxerat, diſpoſita, Archimedis hujus Teutonici in literas merita declarant. Debemus accuratam illorum delineationem Reverendiſſimo ac Doctiſſ. *Joh. Kayſero*, SS. Theol. Mag. & Eccleſiarum Clivenſium Inſpectori

(a) PRP. ET COMMI
LITONES LEG. EJU
SDEM QUI SUB
EO SUNT
V. S. L. M.

In eundem modum Tibure tabella marmorea parieti diverſorii publici inſerta:

HER-

qui multa diligentia eadem ipſe contulit & nobiſcum aliquot ante annos communicavit.

a) *Legionis XXII. Primipilus & commilitones* &c. & hæc lectio magis arridet, quam quæ nuper mihi obvia fuit in Menſonis Altingi Deſcriptione agri Batavi & Friſii, qui habet LEG. XXII. PR. P. F. & interpretatur: LEGatus LEG. XXII. PRimigeniæ, Piæ, Felicis pag. 29. ſeq. *Cuperus in Monumentis Antiquis ineditis pag.* 228. linea prima legit SAX SANTO, linea quarta MATVRVS 7. LEG. (cum nota 7. ſignificet Centurionem vel Centuriam) linea quinta PREF. ET. Quæ variantes lectiones parum momenti habent in noſtra inſcriptione, cum alioqui dolendum ſit, temporis injuriam in multis lapidum autoritatem reddidiſſe dubiam ubi de temporum rationibus imprimis aut Hiſtoriæ fide quæſtio eſt.

Digitized by Google

HERCVLI. SAXANO. SACRVM
SER. SVLPICIVS. TROPHIMVS
AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM (a)
PECVNIA'. SVA'. A'. SOLO'. RESTITVIT
IDEMQVE. DEDICAVIT. K. DECEMBR
L. TVRPILIO. DEXTRO. M. MAECIO. RVFO. COS.
EVTYCHVS. SER. PERAGENDVM. CVRAVIT

N apud

a) *Culina* alias eſt locus, in quo funerum & ſacrorum epulæ peragebantur. Conf. *Phil. a Turre Monumenta veteris Antii, edit. Rom.* 1700. *pag.* 308. quod *Feſtus* etiam confirmat.

Digitized by Google

apud *Gruter.* P. XLIX. n. 3. Legit atque deſcripſit *Smetius.* Contulit *Gudius. Appianus* SAXONO pro SAXANO habet P. CXIV. quem ſequitur *Hubertus Golzius in Theſauro rei Antiquariæ, Operum Tom.* I. p. 8. *Joh. Baptiſta Suarez de Salazar* in libro Hiſpanico: *Grandezas y Antiguedades da la isla y ciudad de Cadiz, en Cadiz* 1610. 4. pag. 181. ſeq. *Herculem Saxanum* retinuit, linea autem ſecunda legit TROPHINVS & linea ultima: Euthius. ſer. peregrinantibus curavit.

§. IV. Quanquam enim *Saxonis* nomen inter Propria Germanis fuerit frequentatum, quod oſtendit Catalogus eorum ex vetuſtiſſimo Codice Monaſterii S. Galli ordine Alphabetico deſcriptus Tomo II. *parte prima Antiquitatum Alemannicarum,* quæ ex Bibliotheca Melchioris *Goldasti* prodierunt *cap.* 1. & 2. *Lit.* S: *Sadeprecht, Sahso, Saſſo, Shaſſo, Sazo, Saxunus*; *Saxa* inſuper Legatus quidam Antonii in bello Philippenſi Romanis Autoribus memoretur; mallem tamen pro Appellativa

Agenus Urbicus autem *lib.* I. *de controverſ. agrorum ad Jul. Frontinum* culinas interpretatur loca ſuburbana inopum deſtinata funeribus. *Zotegam* legit *Raderus,* & refert ad *Martial. lib.* I. Epig. 12.

lativa hanc Saxani accipere vocem. Fuit enim Romanis etiam templum *Bonæ Deæ Subſaxanæ*, (vid. *Georg. Fabricius* in Roma p. 135.) & Hercules Saxanus is eſt, cujus memoria in ſaxis vel ſaxetis, (ut eſt apud Lucretium, ni fallor) colebatur. Poſſet etiam dici *Hercules in Petra*, quo cognomine venit in Inſcriptione, quæ Mediolani quondam exſtabat in lupanari publico:

HERCVLI
IN. PETRA. SACR.
C. CALVISIVS
SECVNDINVS
VI. VIR JVN. DECVR
ITEM. Q. ARAM
V. S. L. M.

ap. *Gruter. pag.* XLIX. n. 2. conf. *Gudius.* Et hoc pacto *Hercules in petra* eadem ratione dicitur, qua milites haſtati *Ennio* ſunt milites in haſta. conf. *Græv. Epiſt.* p. 264. quod de eo lapide, qui Tibure exſtat, tanto minus aſſerere veremur, quod non modo *Hercules Tiburtinus* in Inſcriptionibus occurrit apud *Gruter.* p. XLIX. n. 6. & pag. MXIII. n. 3. *Golz.* l. c. p. 8. ſed *Martialis* etiam lib. 1. Epigr. 13. v. 1. arces Tiburis gelidas vel eminenti petræ impoſitas innuit:

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces.

De Thorone Saxano. §. V. Lepida eſt fabula, qua duce Thorum etiam, vetus Septentrionalium ac Celtarum numen *Saxanum* dicere poſſemus, alia tamen ratione, quam quæ noſtris monumentis illuſtrandis inſerviat. Exſtat *Eddæ Mythol.* 55. de Monomachia Thori & Hrugneris. Thorum fulmina & tonitrua præcedebant. Locus pugnæ erat in campo lapideo. At Hrugnero cor trigonum lapideumque, itemque caput & ſcutum lapidea fuerunt. Ad hunc accedens Thor primum fulmina cum tonitribus ejaculabatur, deinde gravem in eum ictum clava (*a*) deſtinabat, quem dum enſe ſaxeo excipere nitebatur Hrugnerus, enſis in mille diſſiliit partes, unde omnes ortæ ſunt cotes. Alia tamen illarum fronti Thoronis inſiliens humi

De Malleo Thoronis. *a*) De hoc Thori vel Thoronis malleo plena ſunt majorum monumenta. vid. *Edda Myth.* 59.

ſua propria voce dicebatur *Miolnar*, atque dæmonibus imprimis aut gigantibus erat infeſtus ac timendus. Originem autem dedit fabulis, quæ vulgo circumferuntur de lapidibus fulgure excuſis, *Donnerkeile*, Germanice dictis. *Thor* Celtis eſt Taran vel Taram.

Digitized by Google

humi eum proſtravit, ſupra quem mox ipſe Hrugnerus cecidit ictu clavæ conſternatus. Dumque pedem ejus Thori humero incumbentem inde revellere nititur Tialfe Diique reliqui, *Magne* Jovis filius *trium noctium* (*b*) *puer* eum inde amolitur. Quod facinus conſpicatus pater ejus lætabundus prædixit, magnitudinem & potentiam inſignem ejus eo portendi. Quod ſi quis minus æquum judicet judicium, quod ſupra de dubia Olai Rudbeckii fide dedimus, enixe rogamus, ut conferat hunc locum, qualem ille *Atlant. Part.* I. *cap.* 33. §. 3. pag. 746. exhibet, & facile patebit, quantum ſibi indulſerit in addendis & mutandis iis, quæ nulli Codices Manuſcripti unquam poterunt ſuppeditare, eo conſilio, ut Campum Lapideum Narbonenſem & *Rudbeckius notatur.*

N 3 *Hercu-*

Majores noſtri per noctes numerabant,

b) Hæc ratio tempora diſtinguendi majoribus noſtris uſitata jam a Cæſare literis prodita eſt, qui de Gallis lib. 6. B. G. *ſpatia*, inquit, *omnis temporis non numero dierum ſed noctium definiunt: & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur.* Quod etiam obſervatum in *Lege Salica Tit.* 57. & in *Conſtit. Caroli M. Tit.* 49. Sententiæ quoque judiciales ve-

Digitized by Google

Herculem Magusanum (*c*) ex Edda eliciat. Et Augiæ stabulum purgare tentaret, qui

teres frequentes sunt hac formula: *comparoir dedans 14. nuictz*, & quia nox diem post se trahere videbatur, ideo admixtis Romanis moribus dicebant *quinze jours*. Morem hunc etiam retinent Angli, qui simplicem septimanam *senight*, quasi *sevennight*, h. e. septem noctes, & geminatam *fortnight* velut *fourteennight*, i.e. quatuordecim noctes adpellant. De Germanicis moribus testatur *Speculum Saxonicum* plurimis locis & *Tacitus* de *Mor. German. nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt.* De sententiis judicialibus hunc morem servantibus conferatur *Datt. de pace publica lib. 4. cap. 4. n. 23. & cap. 3. n. 45.* In legibus antiquis Septentrionalibus statutum, ut occisi hæres *intra noctem & annum* compareat, quod nos hodie dicimus *innerhalb Jahr und Tag*. In Snorronis secunda parte Eddæ, quæ Poeticos veterum Septentrionalium flores continet, dies dicitur *Dottur fomer Nattar*, nepos noctis. Inde etiam est, quod accedente sacrificiorum anniversariorum reverentia numerum annorum ab hiemibus colligebant. *Gotrecks Saga* pag. 21: *Dä war Starkater tre ähr gammal; och nije ähr war han i Fenring med Hrofshars grana*, i. e. ac tum quidem Starkaterus trium fuit brumarum (annorum) novem autem brumis

& hyemes.

qui juſtum operis examen vellet inire, cum ſingula loca diligenter ſint evol-

 venda,

(annis) in Fenhringia una cum Hrosharsgrano. *Ulphilas Luc.* 2. v. 42: *Och tå han war tolf Wintrar*, & cum eſſet brumarum (annorum) duodecim. *Matth.* 9. v. 20. *och ſi en Qwina ſom hade blodgång i tolf wintrar*, & ecce mulier ſanguinis fluxu laborans brumis (annis) duodecim. conf. vetuſtum Codicem MS. apud *Rob. Sheringham de Anglorum gentis origine, not. ad cap.* 14. p. 329. & *Snorronis Sturleſonii Konung Harald Harfagers Saga in Heims Kringla Tom.* I. P. III. c. 25.

De Hercule. c) *Herculem Maguſanum* non minus quam Herculem Thebanum, Erymantinum aliaque numina Africana numero Germanicorum debere exeſſe, aliquando fuſius demonſtrabimus. Non ignoro Romanorum Imperatores eo proceſſiſſe arrogantiæ, ut divini cuperent videri atque tanquam Numina coli ab orbe terrarum. *Poſthumum* autem, cujus numiſmata Herculem Maguſanum vel Macuſanum & Deuſonienſem ſiſtunt, a majoribus noſtris pro Deo cultum, multo minus credere poſſumus, quam ſi quis illius Imperatoris numen ſub *Minervæ Fautricis, Herculis Erymantini, Herculis Comitis Auguſti, Jovis Victoris, Statoris, Herculis immortalis, Cretenſis, Lybici & Argivi* elogio fuiſſe adoratum aſſerat, hos enim titulos etiam præ ſe ferunt nummi ſub illo excuſi. vid. *Joh. Vaillant Numismata Impera-*

Digitized by Google

venda, quibus vel levi vocula detortis alienus ſenſus facile tribuitur. Magis mirari

torum Romanorum præſtantiora Tom. I. *edit. Amſtelod.* 1694. p. 287. ſeq. *Andr. Morellii ſpecimen univerſæ rei nummariæ antiquæ pag.* 42. *Jean Triſtan Commentaires Hiſtoriques contenans l'Hiſtoire Generale des Empereurs Tom.* III. p. 135. ſeq. *Harduini Opera Select.* p. 857. *Domini Anſelmi Bandurini*, Raguſini, Presbyteri ac Monachi Benedict. e congregatione Melitenſi, Amici integerrimi, cujus conſuetudine per novem fere menſes frui licuit, *Numismata Imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Palæologos pag.* 287. ſeqq. *Loüis Savot Diſcours ſur les Medailles antiques.* Herculis enim Erymantini, Lybici &c. encomia ſatis ſuperque declarant, quantum Poſthumus numinibus antiquis & Africanis præſertim tribuerit. MAGVSVM autem inter urbes Africæ diſerte nominat *Plinius Hiſt. Nat.* lib. 6. cap. 29. Et ſcorpionem, animal terris noſtris tam peregrinum & incognitum quam frequens Nili ripis refert ad ſiniſtrum latus Herculis Maguſani lapis Weſtcapellæ anno 1514. in litore maris erutus & ſpeciem ipſius referens, quam damus Fig. X. ſubſcriptio eſt;

Fig. X.

HERCVLI
MAGVSANO
M PRIMII VIS
TERTIVS
V. S. L. M.

Digitized by Google

Fig. X. ad Sect. II. C. 3.

Digitized by Google



Digitized by Google

Fig. XI. ad Sect II. c. 3.



Digitized by Google

Digitized by Google

mirari ſubit Rudbeckium hujus fabulæ nullam dare interpretationem, cum alioquin nulla figmentorum repagula ſint, quæ non liberali Apolline & ſuo more reſerat.

Alia conjectura de Hercule Saxano, & Odino Saxonico.

§. VI. Thorum ſæpius cum Odino confundit Edda aliaque Septentrionalium Monumenta. vid. *Eddæ Mythol.* 18. Quidſi *Saxanus Deus* idem ſit ac *Odinus Saxonicus*, qui e Germania arma coloniasque Saxonicas Sueciæ intulit, cujus inde gloriæ Sueci inventa fabulâ de Thorone vel potius Hrugnere Saxano obtrectare conati ſunt, ut majorem fidem conciliarent iis, quæ jam diu de Suecia, vagina gentium antiquiſſima, jactare ſolent. Fuiſſe enim plures Odinos, vel Wodenos alio loco commodius oſtendemus, & *Odinum Saxonicum*

vid. *Gargon Walcherſche Arcadia* T. I. p. 187. Lineæ tertiæ literæ perobſcuræ: poſſunt enim legi *Primilius*, *Primilvis*, *Pimelvis* & *Primiivis*. Nos addimus alium lapidem, quem anno 1715. deſcripſimus exſtantem in atrio Bibliothecæ præſtantiſſimæ, quæ in Collegio Sociorum nominis Jeſu Bruxellis magis cuſtoditur, quam in ullos uſus convertitur, ab hominibus omnis fere literaturæ expertibus. confer Figuram XI.

Digitized by Google

nicum ab alio ejusdem nominis distincte discernit *Abrenuntiatio Diaboli & professio fidei Franco-Saxonica:*

End ec forsacho allom diaboles vuercum end uuordum, thuna erende, Vuoden (vel potius Thunare ende Vuoden) *end SAXN-OTE ende allem them unholdum, the hira genotas sint.*

h. e. & ego renuntio omnibus Diaboli operibus & verbis, lucorum cultui, (vel potius: Thoroni s. tonitru &) Wodano & *Saxonico Otino*, & omnibus spiritibus malis, qui horum consortes sunt. Neque enim aliosquam Deos possumus interpretari, qui omnium aliorum spirituum malorum consortes dicuntur. Verum unicuique liberum hic esto judicium.

CAP. IV.

Saxa Salisburiensia non esse Monumentum sepulchrale Vortigerni & sociorum ab Hengisto occisorum, neque Ambrosii.

§. I.

Vortigernum cum sociis non esse sepul-

NOta fraus & proditio, qua Hengistus cum Saxonibus Regem Vortigernum nobilissimosque

que Britannorum necavit. Quod quia haud adeo longe a Salisburienſi agro accidiſſe conſtat, quosdam induxit, ut moles ſaxeas Salisburienſes monumentum ſepulchrale eorum crediderint, nulla profecto probabili conjectura, ut ante nos demonſtravit *Ignatius Jonas* in libello ſupra allegato. Quod ut eo dilucidius appareat, juvabit legere locum ex *Godofredi Monmuthenſis* lib. 7: *Nec mora, ſtatuta die inſtante convenerunt omnes intra nominatam urbem* (Ambresburiam) *& de pace habenda colloquium inceperunt. Ut igitur horam proditioni ſuæ idoneam inſpexiſſet Hengiſtus, vociferatus eſt: NEMET OURE SAXAS; (a) & illico Vortigernum accepit & per pallium detinuit. Audito ocyus ſigno abſtraxerunt Saxones cultros ſuos & adſtantes Principes invaſerunt, ipſosque nihil tale præmeditantes jugulaverunt circiter quadringentos ſexaginta inter Barones & Conſules. Quorum corpora beatus Eldadus poſtmodum ſepelivit atque Chriſtiano more humavit, haud longe a Kaer-caradane, quæ nunc Salesberia dicitur in cœmeterio, quod eſt juxta cœnobium Ambrii.* Nihil hic de tanto opere memoratur, quod *tum ſub mole Salisburienſi.*

a) h. e. arripite & ſtringite ſacas ſive gladios veſtros.

quod imprimis a monumentis ſepulchralibus Chriſtianorum plane abhorreret, quorum more tamen ſepultos ait Godofredus. Præterea *Matthæus Weſtmonaſterienſis* fol. 92. diſerte ſcribit, principes defunctos, quos Hengiſtus prodiderat, in Monaſterio Ambri jacuiſſe,& *Monmuthenſis lib.* 8. pergit de Ambroſio, qui ad monaſterium illud pervenerat: *ut locum, quo defuncti jacebant, circumſpexit, pietate motus in lachrymas ſolutus eſt, dignum namque memoria cenſebat ceſpitem, qui tot nobiles pro patria defunctos protegebat - - - præcepit Merlino lapides circa ſepulchrum erigere, quos ex Hibernia aſportaverat.* Scilicet erigere debebat eodem loco nempe Ambresburii, & ſi, quod nemo negaverit, inter figmenta referenda ſunt, quæ de Merlino narrantur, non niſi ceſpitem habebimus ſive tumulum, qui tot nobilium virorum corpora texerat. Ea verba etiam Godofredi: *ut locum quo defuncti jacebant, circumſpexit*, illi ſententiæ plane contrariantur, cum ab Ambresburia in monumentum Salisburienſe (quod duabus leucis Anglicis ab ea urbe abeſt,) neutiquam detur deſpectus interpoſitis aliquot collibus.

§. II.

§. II. Non latuere hæc, ut arbitror, *Polydorum Virgilium*, qui idcirco *lib.* 3. Salisburiensem molem maluit pro ipsius Ambrosii, ibi cum strenue pugnaret, occisi monumento sepulchrali habere. Verum eadem fere, quæ jam adduximus, contra eum militant: Ambrosius enim Christiano etiam more sepultus fuit, & quidem in cœmeterio prope Cœnobium Ambrii, sicut vivens adhuc præceperat, ut habet G. *Monmuth.* lib. 8. unde nomen etiam urbi obtigit. Ut taceam omnes Scriptores in eo convenire, Ambrosium non violenta morte peremptum, quod scribit *Polydorus*, sed veneno e vivis sublatum. *De sepulchro Ambrosii.*

CAP. V.

De sacrificiis & oblationibus ad sepulchra factis.

§. I.

NEgavimus Sect. I. cap. 3. 4. monumenta nostra ad templorum aut ararum classem pertinere. Nunc sacrificia ad sepulchra peracta asseremus. Apud Scythas ea in usu fuisse com- *Sacrificabant ad sepulchra.*

commonſtrat *Herodotus lib.* 4. c. 72. Germanicas nationes & Thuringos præ cæteris ac Haſſos a ſacrificiis mortuorum dehortatur *Epiſtola Gregorii Pontificis Maximi.* Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum ſæpe allegatus §. 1. ſtatim agit *De ſacrilegio apud ſepulchra mortuorum*, & §. 2. *De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, Dadſiſas.* Scilicet ad ſepulchra cognatorum oblationes faciebant, commeſſabantur atque epulabantur, de quibus hoſtiis immolatitiis intelligendus *Othlonus in vita S. Bonifacii lib.* 2: *Pro ſacrilegis itaque Presbyteris habendi, ut ſcripſiſti, qui tauros & hircos Diis paganorum immolant, manducantes ſacrificia mortuorum.* Neque diffuſa Evangelii luce ſtatim is error potuit aboleri, quin & Sanctorum Martyrum tumulis eundem deferrent honorem. Gravis eſt querela, quam exinde fundit *Ambroſius: Sicut illi, qui calices ad ſepulchra Martyrum deferunt, atque illic in veſperam bibunt, & aliter ſe exaudiri poſſe non credunt: O ſtultitia hominum, qui ebrietatem ſacrificium putant, qui æſtimant illos ebrietate placare, qui jejunio paſſiones ſuſtinere didicerunt.* Ejusmodi epulæ vocantur *Diſcubitiv* in Inſcriptione Lugdunenſi Matribus Aufanis dicata apud *Sponium in Ignotor.*

tor. Deor. aris Tom. VII. *Theſauri Græviani* p. 252. & in *Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis* p. 107. Aliæ inſcriptiones Romanæ epulas annuatim ad monumenta ſepulchralia habendas memorant, quæ frequentes occurrunt apud Gruterum aliosque. Ab iſtis epulis longe diverſæ erant eæ, quas Hibernis nonnulli attribuunt Scriptores. Hos enim non modo humanis veſci carnibus conſuetos fuiſſe, ſed & pro honeſto duxiſſe mortuorum parentum corpora comedere, refert *Strabo lib.* 4. p. m. 307. ſeq. quod de Maſſagetis etiam habet *lib.* 11. *conf. Solin.* c. 15. At Hibernorum ſaltem cauſam agere in proclivi erit, tacentibus aliis monumentis, & *Strabone* ipſo fatente, ſe fide dignis hujus rei teſtibus deſtitui. l. c.

CAP. VI.

De Autoribus ſtupendorum horum operum, & qua ratione fuerint congeſta. Gigantes ea non condidiſſe.

§. I.

Monumenta hæc a gigantibus non fuiſſe exſtructa.

DE Autoribus tantorum operum nunc nobis inſtituenda diſquiſitio, poſtquam uſum eorum cognovimus. Ingens moles

moles ſaxorum, quæ in Salisburienſi ac Friſicis imprimis monumentis ſpectantium animos ſacro velut horrore percellit, in eam nonnullos ſententiam pertraxit, ut gigantum monſtra olim terras noſtras incoluiſſe iſtaque virium ſuarum reliquiſſe monumenta crediderint. Ita de Friſicis ſentit *Jo. Picardus* l. c. & *Reuſenbedden* ſive *Riſenbetten*, lectos gigantum ideo appellat vulgus. Idem de Helmſtadienſibus affirmat *Hermannus Conringius in conjecturis de antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii & viciniæ, init.* & arctoi orbis incolas meros gigantes fuiſſe contendit *Arngrimus Jonas Crymogeæ lib.* 1. c. 4. p. 34. *ſeq. Thormondus Torfæus Hiſt. rerum Norvegicarum Tom.* I. P. I. *lib.* 3. c. 4. p. 117. ſeq. *Saxo præf.* p. 4. Salisburienſe etiam monumentum gigantum robori deberi ſtatuit *Conringius* l. c. pag. 44. ſeq. quod pluribus fabulis involvit *Giraldus Cambrenſis de* Admirand. Hibern. c. 18: *Fuit antiquis temporibus in Hibernia lapidum congeries admiranda, quæ & Chorea Gigantum dicta fuit, quia gigantes eam ab ultimis Africæ partibus in Hiberniam attulerunt*, &c. Et quidem in Agrum Kildarienſem prope Naaſam, ubi etiamnum ejusmodi lapidum ſtructuras

Quod multi aſſerunt.

Digitized by Google

cturas exstare cap. 1. Sect. 1. notavimus. In Britanniam autem ferunt illos lapides translatos jussu Aurelii Ambrosii & artibus magicis Merlini in fabulis medii ævi perquam celebris, ut dignum Britannis Hengisti fraude circumventis exstaret monumentum. conf. *Ranulphus Monachus Cestrienſis Polychr. lib. 5. & Godofredus Monmuthenſis* l. c.

Manuſcriptum Bibliothecæ Oxonienſis de Origine Gigantum in Britannia.

§. II. Quid mirum autem talia gigantibus tribui, cum totam Albionis insulam per aliquot secula a talibus monstris ferant inhabitatam. Lectori non ingratum fore speramus, si prolixius hæc exponamus ex Manuscripto hactenus inedito, quod Bibliotheca Bodlejana servat, & nos humanitati Celeberrimi CHAMBERLAYNII iterum debemus.

Class. VI. D. 1. vol. 2156. 21.

De Origine Gygantum in Insula Albion olim habitantium & nomine Insulæ quæ nunc Anglia dicitur.

"*Anglia* modo dicta, olim *Albion* dicebatur, & habebat inhabitatores Gygantes. Qualiter vero nomen sibi inditum fuerit & qualiter tali ætate inhabitata exstiterit, jam patebit.

„Transmisſis a mundi Conſtitutione
„*Millibus nongentis ſeptuaginta annis*, fuit
„quidam Græciæ tum regibus terræ po-
„tentior, qui habebat de conjuge ſua
„Regina triginta filias admodum ſpecio-
„ſas & grandes ſicut erat Pater & mater
„earum nominibus tum recognitis ex-
„cepto nomine filiæ ſenioris quæ dice-
„batur *Albina*. Et omnis filiæ ſimul erant
„nutritæ omnis quia natæ matura ætate
„famoſis regibus erant nuptæ. Cum
„ergo finiſſent ſingulæ - - - qua
„vice fœmina opera & induſtria conve-
„nerunt in unum & - - - - - -
„confeſtim inveniunt - - - - -
„ - - - - - - - nam quia erant
„filiæ - - regis qui nullius juri ſub-
„deretur, nec ipſæ permitterent ſupra
„ſe aliquem dominari nobilitatem ſuam
„alicujus ditioni ſubeſſe. Et videbatur
„hoc conſilium omnibus complacere.
„Porro ad tam arduæ rei propoſitum as-
„ſequendum juramentis ſe mutuis aſtrin-
„xerunt, quod quælibet virum ſuum
„ad certum diem inter amplexus occide-
„ret, niſi fœmineæ voluntati in omnibus
„obediret. Finito conſilio quælibet in
„ſuam reverſa eſt patriam; ſane uni ea-
„rum ſcilicet juniori omnium diſplicuit
„hoc conſilium eo quod Dominum ſuum

affe-

affectuoſe diligeret, nec quicquam mali“
accidere ſibi vellet. Quæ tum in Parlia-“
mento - - - erat non corde con-“
ſenſit, quia niſi corde ſententiæ con-“
ſenſiſſet ipſa dubio mortis ſententiam“
incurriſſet. Hæc ad regem maritum“
ſuum accelerans mox ut vidit eum“
amariſſime doluit ex recordatione ge-“
ſtorum; & Regi anxie requirenti cau-“
ſam ſui doloris expoſita ſororum con-“
ſpiratione aperuit; & procidens ad“
pedes ejus veniam in hoc quod in“
necem e us conjuraverat poſtulavit.“
Quam rex fletu perfuſam levavit am-“
plexatusque & oſculatus eſt eam, ac“
totum ei ſe prebuit ſolito gratiorem“
dolorem animi ejus deliniens & ani-“
mans ad gaudium cor illius. Quæ con-“
ſolatione recepta ad Regem Græciæ“
patrem ſuum cum rege marito perexit,“
& ei ſororiam proditionem detexit.“
Ad cujus rei auditum rex Græciæ ſtu-“
pefactus cito brevia ſua miſit ad reli-“
quas filias ſuas omnis & earum mari-“
tos ut - - - - venirent ad eum.“
Cunctisque præſentibus cauſam tantæ“
convocationis aperuit & auditam pro-“
ditionem ſuam filiabus objecit. Exe-“
cratis autem illis & factum negantibus“
ac legitimæ purgationi ſe offerentibus“

Digitized by Google

„rex prudens prudenti eas examinatio-
„ne commisit, juniore filia a malignitate
„hujusmodi excusata. Captæ igitur &
„in custodiam sunt detrusæ donec a Pa-
„tre & maritis earum quid de eis fieret
„tractarent. Tandem quia filiæ nobilis-
„simi regis erant & tot nobilium regum
„sponsæ consideratum est ut non vili
„morte perirent, sed in navem grandem
„omnis pariter mitterentur; marinis flu-
„ctibus & fortunæ sine gubernaculo &
„sine victuum sustentaculo exponendæ.
„Quo facto non erat qui earum condo-
„leret miseriam ob compertam in eis
„immanitatem maritis, de dolosis dolo-
„rosæ sunt factæ nec ulla tum miseratio-
„ne dolendæ. Venti mare turbabant,
„fluctus navem jactabant & navi nunc
„alta nunc yma petente in magnis peri-
„culis miseræ fœminæ versabantur; &
„ad cumulum suæ miseriæ etiam cum
„proscriptione exilii gravi esurie labo-
„rabant, quæ dudum in patria regaliter
„convivabant. Diebus & noctibus sic
„metu mortis affectæ, sic cruciatu famis
„afflictæ tandem non valentes subsistere
„deciderunt & per tres dies & noctes
„tanquam mortuæ jacuerant. Interea
„navis ipsa flatibus & fluctibus agitata ad
„terram quæ nunc Anglia dicitur fere-
batur

batur nullo tunc nomine nuncupata“ quia a nemine inhabitata. Mari igitur“ quieſcente in ſicco evigilarunt quaſi de“ gravi ſomno ſorores. Et viſa terra“ aërisque temperie cum gaudio exie-“ runt de navi incipientes ab illa quæ“ major natu erat *Albina*, conſulentesque“ ſtatim nimiæ fami ſuæ repertas ad co-“ piam bonas herbas & fructus arborum“ commederunt; quibus refectæ terram“ perambulaverunt in longitudinem &“ latitudinem & neminem invenerunt in“ ea, ſed nec inveſtigantibus aliquid ſigni“ apparuit quod in ea unquam aliquis“ hominum extitiſſet. Silvis, pratis &“ rivis terram exuberare viderunt, ſilvas-“ que feris, prata floribus & rivos piſci-“ bus habundare. Volatilium viſa ferti-“ litas & audita avium melodia in ſilvis“ permagno ſolatio eis fuit. Reperta igi-“ tur tanta amœnitate deſerti, & recupe-“ ratione priſci honoris & pace deſpera-“ ta, *Albina* ſororibus ſuis dixit; ob noſtra“ demerita Patriam perdidimus & hono-“ rem, & exules facti ſumus, nec ſpes“ nobis reverſionis eſt ultra; Cum ergo“ ſimus taliter fortunatæ & hanc terram“ dederit nobis fortuna, juſtum eſt, ut“ prima ſim ego omnium veſtrum in ea“

„& juris mei ſit Principatus ipſius, quia „prior Ego in egreſſu noſtro de navi „ - - - ejus accepi, cujus ſententia „ab omnibus approbata, *Albina* eis præfi„citur & ex ejus nomine terra Albion „nuncupatur. Jam vero quia cibus eis „deerat nutritivus nec habebant ingenia „ad capiendas feras & aves, & excogita„tione ſubtili fecerunt tendiculas vir„geas quibus invicem connodatis feras „caperent & tenerent; ſed & ingeniola „componebant ex ugis pro avibus ca„piendis, capta igitur venationi exco„riarunt & extracto igne de ſilice coxe„runt in coriis & aves ad pinnas torre„bant, & his epulatæ ſunt ſplendide ſed „aquam potatæ cumque talibus refocil„latæ cibariis vires recuperarent amis„ſas, & nutribilium dapum groſſæ eſſent „& craſſæ cœperunt calore accendi ve„nereo & titillatione carnis urgeri, quod „Dæmones incubi perpendentes as„ſumptis hominum ſibi formis cum mix„tura feminei ſeminis compreſſerunt „easdem & evanuerunt continuo, nec „fœminæ viros viderunt ſed tantum„modo virile opus ſenſerunt. Quælibet „autem de ſuo dæmone concepit & pe„perit partum Gyganteum, & cum Gy-

Gygantes adoleſcerent matres de filiis“
ſorores de fratribus genuerunt, & erat“
generatio monſtruoſa ſcilicet immo-“
deratæ ſtaturæ, magnitudinis exceſſi-“
væ & fortitudinis obſtupendæ. Aſpe-“
ctus vero Gygantum horribilis erat“
nimis quia & horridi Dæmones horri-“
dos procrearunt gygantes & vires gy-“
gantum horridæ corpulentiæ extite-“
runt. aptum quoque fuit ut ex horri-“
dis horridi naſcerentur & beluæ beluas“
propagarent, igitur multiplicati ſunt“
valde gygantes & repleverunt terram“
hanc, fecerunt ſibi cavernas ſubterra-“
neas & circumvallarunt eas magnis“
muris & foſſis, DE QVIBUS MURIS“
ALIQVI STARE VIDENTUR, cæ-“
teris tempeſtate concuſſis & dirutis,“
montanas etiam habitationes amabant“
arbitrantes tutiſſimum ſibi eſſe in emi-“
nentibus locis manere; & perdurarunt“
Gygantes pacifice in hac terra usque“
ad adventum Britonum in eandem qui“
huc longe ante adventum Chriſti ve-“
nerunt. Nam inter adventum Brito-“
num in hanc terram & adventum“
Chriſti in mundum *mille centum & tri-*“
ginta ſix anni fluxerunt, porro ab ad-“
ventu Dominarum hanc terram primo“

„inhabitantium usque ad adventum „Bruti qui eam deleto nomine *Albion* „ſuo fecit nomine appellari *Britannia*, „*Ducenti & ſexaginta* anni intervenerunt. „Et hoc numero annorum Terra hæc „quæ Anglia dicitur terra fuit gygan„tum & ſic veritas clareſcit Hiſtoriæ de „primis habitatoribus hujus terræ.“

§. III. Scriptor hujus fabulæ non adeo antiquus (ut multa vocabula recentioris ævi indicant) e pluribus unam contexuit, eumque imprimis ſecutus videtur errorem, quo multi *Geneſ.* cap. 6. v. 4. interpretantur, gigantes e concubitu dæmonum cum filiabus hominum prognatos autumantes; cum tamen connexio totius capitis aperte doceat, mali peccatique labem exinde ſerpſiſſe latius, quod qui hactenus dicto Dei fuerant audientes in Sethi proſapia, ſeparatasque etiam domiciliorum rationes habuerant, nunc malorum conſortio immixti & connubiis etiam irretiti, facilius ad idololatriam injuſtamque Tyrannidem (majorem etiam quam malorum ante ſolebat eſſe,) pertrahebantur.

Gentes giganteas nunquam exſtitiſſe.

§. IV. Sunt qui e ſacris literis affirmant, ante & poſt diluvium integras gentes fuiſſe mon-

monſtroſa & gigantea magnitudine, quod inter alia loca *Geneſ. cap.* 6. v. 4. & *Sapient.* c. 14. v. 6. *Num.* c. 13. innuere ipſis videntur. Verum qui præconcepta opinione vacuus iſtos textus inſpexerit, facile concedet, Gigantes, qui in S. S. nominantur, non eſſe alios, quam viros feroces, gentesque potentes, impias. confer *Joh. Cunr. Dieterici Antiquitates Biblicas Veteris Teſtamenti pag.* 744. *ſeq.* & qui *Num.* c. 13. occurrunt gigantes timori aut malitiæ exploratorum ſuam debent originem; quo minus quemquam eorum ſententiæ acceſſurum credimus, qui primos homines Adamum & Evam omnesque antediluvianos enormis ſtaturæ fuiſſe adſerunt, inter quos nominandus *Esdras lib.* 4. *cap.* 5. v. 52. *ſeq. Moſes Barcephas lib.* 1. *de Paradiſo. cap.* 14. Cum enim totius mundi creaturarumque elegans ſit proportio ſuis numeris, ponderibus atque menſuris juſte abſoluta, alterutrum ex ea ſententia, quæ totas gentes giganteas ſtatuit, neceſſario profluet, ut aut monſtroſam & imperfectam noſtram, in quam nunc excreſcimus, aut Adami monſtroſam fuiſſe, niſi cæterarum animantium etiam corpora grandiora fuiſſe dicere velimus. Quæ oſſa

prægrandia ex imis terræ viſceribus nonnunquam eruuntur, aut animantium majorum fuere, undarum vi ac diluvio obruta, aut deſtillantium aquarum effectus perperam pro oſſibus habiti, aut denique illud ſaltem probant, fuiſſe interdum homines ſingulos eximiæ magnitudinis, quod hiſtorica monumenta etiam confirmant exemplis Goliathis, Puſionis item & Secundillæ, (quos tempore Auguſti denos pedes & amplius proceritatis habuiſſe refert *Solinus cap.* 1.) Georgii Caſtrioti ſive Scanderbeg, Georgii Frondsbergii aliorumque, quos inter referre jure meritoque poſſemus Summi Principis legatum, qui noſtra ætate in aula Gallica & Britannica tum corpore tum animi dotibus omnium oculos in ſeſe convertit. Excedit enim proceritate adoleſcentem illum, cujus meminit *Philoſtratus in vita Herodis Attici*, qui quod pedes octo longus eſſet, vocabatur *Herodis Hercules*. Herculem enim ipſum intra menſuram ſeptem pedum fuiſſe, memorat *Solinus*. Ethnici in fabulis, quas de gigantum bellis contra Deos ipſos concinnarunt, nihil aliud adumbrare voluerunt, quam homines potentes, impios, jusque numinaque ſuſque

que

que deque habentes. Alii, inter quos Homerus nominandus, tanta prædicant de Cyclopibus & cæteris hominum monſtris, ut vix riſum eliciat tanta ſcriptorum aut ſimplicitas aut fingendi libido, quæ nihil aliud proficit, quam

- - *ut perſonæ pallentis hiatum*
In gremio matris formidet ruſticus infans.

(*Juvenal. Sat.* 3. v. 175. 176.) *Edda* etiam tanta portenta venerandæ Antiquitati tribuit, ut Thorus Deus cum comitibus aliquando in chirotheca gigantis cujusdam, & quidem in ſola vagina pollicis pernoctaverit. *Mythol.* 38. Varia ſunt nomina, quibus Arctoæ gentes homines giganteos, vel potius ſtaturoſos, ut *Auguſtinus* loquitur, compellabant. Dicuntur enim *Riſen*, *Bergriſen*, *Jotun*, *Thurs*, *þuſſar*, *þuſſablendingar*, *halfriſar*, *bergbuar*, *troll*, *halftroll* &c. quæ ſingulæ tamen denominationes non modo latronibus & prædonibus, ſed dæmonibus etiam & ſpectris tribuuntur. *Trollquenna* in *Eddæ* nominibus dicitur Saga, incantatrix. Superioris Germaniæ incolis *Troll* vel *Droll* dicitur homo impudens & agreſtibus moribus, unde Galli mitigata vocis & ſignificatione & pronuntiatione ſuum *Drôle* efformarunt. *Trollia* familia Sue-

Suecorum nobilisſima caput Dæmonis in ſuis inſignibus hodieque præfert, indicans forte primum hujus familiæ ſtatorem dæmonis vel ſpectri fuiſſe victorem, qui nomen & inſignia Trollorum, *Derer Trollen*, inde duxerit ad poſteros transmittenda. Chriſtophorus Suecorum Rex etiam titulum *MAGNI REGIS GELIDORUM TROLLORUM & purgatorii Norvegiæ, Danorumque atque Suedorum, Gothorum robuſtorum & Schlavorum* a Soldano Babylonico tuliſſe credendus eſt, ſi apographum literarum anno 1444. quod Doctiſſ. *Joh. Peringskiöld in notis ad Jo. Cochlæi vitam Theodorici Regis Oſtrogothorum & Italiæ pag.* 501. pro genuino habeamus.

Septentrionales tamen olim & viribus & corpore majores erant.

§. V. Quæ cuncta eo tendunt, ut evincamus, integras gentes giganteæ vel potius enormis & monſtroſæ magnitudinis nusquam in toto orbe terrarum exſtitiſſe, quamvis majores noſtros & proceritate & viribus multum ſuperaſſe talia

Qualia nunc hominum producit corpora tellus

minime diffiteamur. Sub Septentrionibus enim gentes nutriri immanibus corpo-

corporibus refert *Vitruvius*; & *Quintilianus Decl.* 3. Cimbros ait non minus animorum immanitate, quam corporum, ſuis belluis proximos eſſe. Quinque pedes & ſemis ſufficiebant apud Romanos legendo militi, ut obſervavit *Cujacius* lib. 2. Obſ. c. 5. *Sidonius* autem *Apollinaris* Burgundiones *ſeptipedum* perpetuo fere epitheto nominat, quemadmodum de Carolo M. *Poëta Saxo Anonymus*, qui tempore Arnulphi Imperatoris floruit, ſcribit:

Septem namque ſuis longus erat pedibus.

De Suevis ſcribit *Cæſar Bell. Gall. lib.* 1. c. 1: *lacte atque pecore vivunt, multumque ſunt in venationibus. Quæ res & cibi genere & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quod a pueris nullo officio aut diſciplina aſſuefacti nihil omnino contra voluntatem faciunt) & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit.* Germanos in univerſum prægrandibus fuiſſe corporibus teſtatur *Solinus cap.* 20. de Germania ſcribens: *Dives virorum terra, frequens populis numeroſis & immanibus. Egeſippus* lib. 2: *Germani magnitudine corporum & contemptu mortis cæteris validiores. Columella lib.* 7. *Agric: Germaniam decoravit natura altiſſimorum hominum exercitibus. Pomponius Mela: qui habitant*

bitant immanes ſunt animis atque corporibus. *M. Manilius lib.* 4. *Aſtronom:*

Flava per ingentes ſurgit Germania partus.

Galli apud *Cæſarem* B. G. l. 1. *cap.* 39. ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, ſæpenumero ſeſe cum iis congreſſos ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuiſſe. Et tamen ipſe *Cæſar lib.* 2. c. 30. *plerisque*, inquit, *hominibus Gallis pro magnitudine corporum ſuorum brevitas noſtra* (ſcil. Romanorum) *contemtui eſt. Tacitus lib.* 2. *Annal: Germanos fluminibus ſuetos levitas armorum & proceritas corporum attollit.* Et in vita Agricolæ: *namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeverant. Vegetius: quid adverſus Germanorum proceritatem noſtra brevitas potuiſſet?* quæ minus in dubium vocavit, qui arma priſcorum Germanorum qualia modo ante 300. annos & quod excurrit, fuere in armamentariis principum contemplatur, tanto pondere, ut iis tractandis ætas noſtra minime ſuffectura videatur.

Rationes decreſcentis ſtaturæ in-

§. VI. Quantum hac parte a priſco ævo receſſerimus nemo non intelligit, quibus nunc

nunc eadem conclamanda querela, quæ *Juvenalem* movit, ut *Sat.* 15. v. 69. ſcriberet: *colarum Septentrionis.*

Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero,
Terra malos homines nunc educat atque puſillos.

conf. *Virgil. Æn.* 2. *Horat.* I. *Od.* 3. v. 25. Romanorum quidam ſeneſcentis mundi debilitatem incuſant, quæ minora quam in juventute viribusque integris conſueverat, nunc producat corpora. *Plin. Hiſt. Nat. lib.* 7. c. 16. in quam ſententiam quoque inclinat *Esdras lib.* 4. c. 5. v. 50. ſeq. Nos in terris urenti ſoli expoſitis multo majorem olim hominum ſtaturam fuiſſe nobis perſuadere nequimus, in regionibus autem quibus ambiens gelu ſpiritus humoresque compreſſos in majores artus erigit, aliam fuiſſe corporum conditionem ſumus perſuaſi. Rationes autem mutationis ipſi Romani Scriptores partim nobis indicare voluerunt. *Cæſar de* B. G. *lib.* 6. c. 21. de Germanis ſcribit: *qui diutiſſime impuberes permanſerunt, majorem inter ſuos ferunt laudem; hoc ali ſtaturam, ali hoc vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vigeſimum fœmi-* *Præmatura Venus.*

na

næ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. Addit *lib.* 1. *cap.* 1. nutrimenta lactea, cibos minime delicatos, venationes quotidianasque exercitationes, libertatem vitæ, quòd omnia agant pro lubitu, neque ullis studiis operam darent, quæ spiritus viresque a corpore ad animum ac cerebrum derivarent. Non abludit, quòd Tacitus de M. G. habet: in *omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt.* His addere possumus cerevisiæ medonisque præstantiam, vinique usum aut rarum aut plane nullum. *Cæsar* enim de Nerviis Belgica gente sic reperiebat: *Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quod his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem existimarent. Esse homines feros magnæque virtutis.* de B. G. *lib.* 2. c. 15. & de Suevis refert l. 4. c. 2: *Vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effœminari arbitrantur.* Quod experientia, optima rerum magistra, confirmat.

nutrimentorum mutatio.

quies & ratior exercitatio.

educatio arctioribus limitibus circumscripta.

studia.

mundities.

vinum.

Iis

Iis enim in regionibus, quibus vinum pro ordinario potu habetur, minorem non modo corporum ſtaturam ſed & mulierum minorem fœcunditatem licet obſervare. Neque parum detrimenti tum ſanitati tum magnitudini gentium noſtrarum illatum exiſtimo advectis ab Oriente & Occidentalibus Indiis condimentis ac aromatibus, quæ ut palato mire blandiuntur, ita inſito calore nimio noſtro cœlo noſtræque temperiei minus videntur apta. *aromata.*

§. VII. Satis igitur apparet, quam male rationes ſubducere debeant, qui noſtris viribus dimetiuntur opera majorum noſtrorum, quibus ingentia robora & pares animi erant, & quales in Finnbogi perſona deſcribit *Finnbogi Ramma Saga: geck þar at ſem ſteinn ſtor ſtod iardſaſtr, hann ryckir up ſteinum oc ſynduſt fleſtum hann olikr til uphafs fyrir vagſtar sakir. Hann tekr tuo ſteina, oc lætr a hinn mikla, tekr ſidann alla up a bringu ſer, giengr med ecki allskamt, oc ſkytr nidr suo ad ſteinninn geck ecki minna nidr i iordin enn tveggia alna.* h. e. eo ivit, ubi ingens *Non gigantes ſed incolas harum terrarum ordinariæ ſtaturæ monumenta hæc exſtruxiſſe.*

lapis terræ firmiter infixus fuit, ille lapidem eruit, & videbatur plerisque impossibile tantæ magnitudinis lapidem tollere. Ille sumpsit duos lapides, & grandi illi imposuit, omnesque pectori impositos per aliquantum spatii portat, dehinc terræ tanta vi impingit, ut grandis ille lapis non minus duabus ulnis terræ immergeretur. apud *Christian. Worm. Diss. de Aræ Multiscii vita & scriptis* p. 172. Tales conditores monumentorum nostrorum credere fas est, quamvis gigantea magnitudine non excellentes.

Aliarum gentium opera.

Qui obeliscos veterum Ægyptiorum Romanorum legit apud Herodotum, Bellorium recentioresque Scriptores, minus mirabitur moles nostras neque a gigantibus inde credet congestas. Et ne quis objiciat, in iis gentibus, quas memoravimus, Romanis scilicet & Ægyptiis plus artem machinasque ignotas majoribus nostris (ut barbaris gentibus) valuisse, quam vires, juvabit legere *Acostam Histor. Ind. lib. 6.* c. 14. referentem, quantas lapidum moles Indi, barbari etiam, ad sua congerant templa atque ædificia, inter quos lapides ipse quendam mensuravit 38. pedes longum, 18. latum & 6.

pro-

profundum. Quid enim multorum hominum vires coadunatæ non valent perficere? Soli lapides reliquis impoſiti in Salisburienſi imprimis monumento ſcrupulum poſſent movere, niſi conſtaret majores noſtros etiam pauca ante ſecula, cum muros aliasque in altitudinem moles erigerent, ſimul cumulos aggeresque terræ aggeſſiſſe, quibus non modo ad altiora adſcenderent, ſed ſaxa etiam aliaque pondera in ſumma advolverent, nulla uſi machina, quam a colli ſimilitudine hodie appellamus gruem, *einen Kranich.* Opere abſoluto aggeſti cumuli aggeresque ſubmovebantur. Neque opus eſt monſtroſas accerſere vires ad eos comportandos lapides, quos hodieque vicini horum monumentorum incolæ quotidie auferunt atque in ſua convertunt ædificia, querente *Ignatio Jona* de Salisburienſi mole *pag.* 63. *Charletonio* p. 56. & re manifeſta in Friſicis Weſtphalicisque. Ex Hibernia tandem advectos lapides qui monumentum Stone-henge dictum componunt, ridiculum eſt, cum tota iſta regio Salisburienſis ejusmodi lapidibus majori etiam mole abundet, teſtante *Ignatio* p. 33. ſeq. 58. &

Alia argumenta contra opera gigantea.

perperam negante *Cambdeno*, quam cujuslibet oculi erroris facile convincunt.

CAP. VII.

Attingitur ſententia eorum qui opera diabolica interpretantur, antediluviana item, rudera diluvii, & conſtructa ſaxis arte effectis.

§. I.

Quidam moles has Cacodæmoni tribuunt.

QUare ne rationibus quidem refutandos exiſtimamus eos, qui opera iſta non humanis ſed diabolicis viribus condita aſſerunt. Dandum eſt hoc anilibus vulgi ſomniis, ut quidquid ſingulare in turrium, murorum foſſarumque munimentis invenit, ſacro quodam zelo ad Cacodæmonem referat. Abundant noſtræ regiones talibus denominationibus, quæ fidem dictis poſſunt conciliare, & fabulis vulgi magis magisque involvuntur. In Germania certe vix ullum offendemus tractum, qui non murum, foſſam, turrim &c. exhibeat ejusmodi appellatione celebrem, *Teuffels-mauer*, *Teuffels-graben*, *Teuffels-thurn*, &c. quod neque de reli-

reliquis Septentrionis regnis affirmare dubitamus. De monumento veteri ſepulchrali prope Rœlden in Friſia Orientali, quod Dæmonis cunnum, *'s Duvelskut* appellant, conſule, ſi libet, *Schœnhovium* & *Picardum* ſupra in medium adductos.

§. II. Vix majori judicio pollent, qui rudera diluviana in monumentis noſtris quærunt. Non enim ſimilitudo tantum tot ejusmodi operum, ſed etiam lapidum inter ſe compages artificiales mortalium manibus fundatas hasce moles coarguunt. Quæ de Sethis columnis poſt *Joſephum* nonnulli perhibent, etiamſi vera eſſent, tamen ad noſtras regiones ne ulla quidem veri ſimilitudine poſſent pertrahi. *Alii rudera diluviana credunt.* *alii opera antediluviana.*

§. III. Fuerunt tandem nonnulli, qui ſaxa iſta non viva hoc eſt naturalia & excisa crediderunt, ſed factitia ex arena & unctuoſo aliquo pulvere coagmentata. vid. *Camdenus* l. c. In hanc eos ſententiam deduxiſſe videtur *Plinius Hiſt. Nat. lib.* 35. *cap.* 13. qui narrat, pulverem Puteolanum fluctibus merſum protinus *Alii lapides eorum arte effectos.*

fieri lapidem,& ciſternas Romæ ex arena foſſili & calce vehementiſſima ita conſtructas, ut lapides videantur; ſtatuas etiam e marmorum cruſtulis tanta firmitudine coagmentatas, ut ex ſolido marmore judicentur. Cui conjecturæ illud primo adverſatur, quod nemo talem unquam aut in Anglia aut Germania pulverem fuiſſe memoriæ prodidit, qualem Puteolanum memorat Plinius. Neque arte effictos Salisburienſes lapides magna illorum copia redarguit, quæ in eo tractu non modo ſupra terram exſtat, ſed in imis etiam ejus viſceribus jacet abſcondita. Ut taceam juncturas, quas Morteſias Sect. 1. c. 1. vocavimus, minime neceſſarias fuiſſe iis, qui totum monumentum ex arcuato opere unoque lapide artificiali potuiſſent perficere.

CAP. VIII.

Anglo-Saxones fuiſſe conditores Monumenti Salisburienſis.

§. I

Hujusmodi ſtructurarum ratio a Septen-

EX iis quæ fuſius diſquiſivimus, fluit tandem, monumentum Salisburienſe non alios agnoſce-

ſcere autores, quam quos vel Arctoa ſidera, vel inferioris Saxoniæ tractus dedere, Danos ſcilicet aut Anglo-Saxones. In ſuperiori enim Germania tales lapidum ſtructuras exſtare, nunquam me legiſſe aut vidiſſe memini, neque alios quam terrenos fuiſſe ibi tumulos ex *Taciti* verbis de *M. G.* elicimus: *Sepulchrum ceſpes erigit. Monumentorum arduum & operoſum honorem ut gravem defunctis aſpernantur.* Abundant econtra Septentrionales terræ iis monumentis ſaxeis, quæ delineavimus, conditoresque eorum indicant non alios, quam regionum illarum quondam etiam incolas, Suecos, Danos, Saxones, Friſios. De Salisburienſi monumento autem anceps diſceptatio, utrum ad Danos an Anglo-Saxones pertineat. Neutrorum enim mores ac inſtituta a tanto opere abhorrebant. Illis adſcribit Charletonius, neque nos in animum induceremus, ut ſententiæ ejus obviam iremus, niſi ſcrupulum moveret breve tempus, quo Wiltonia (in qua Monumentum Salisburienſe ſitum) ſub Danorum imperio conquievit, cum tamen per aliquot Secula Saxonibus paruerit. In eo

trione aut e Germania in Britanniam pervenit.

profecto Charletonius hallucinatur, quod ſub initia regiminis Alfredi, qui ab anno 872. ad annum 899. imperii habenas moderavit, monumenti noſtri exſtructionem refert, & Danis tamen ſimul tribuit, qui crebris ab eo rege prœliis fuſi ac rejecti, vix 140. annis poſt Wiltoniæ provincia potiti ſunt, quam ægre per 30. annos quiete obtinuerunt.

Epilogus. §. II. Tempora rerumque caſus accuratius determinare prohibent tenebræ, quæ geſtis eorum temporum præſertim in hac gente obfuſæ ſunt. Nimiæ conjecturæ multoties ignorantiam Scriptoris magis redarguunt, quam lectori perſuadent, quæ infirmo gradu vacillant. Hoſpes tamen in literis ſit neceſſe eſt, qui indubias atque, ut ajunt, Mathematicas demonſtrationes in ſingulis antiquæ Hiſtoriæ momentis enucleandis deſiderat. Habent interim ſuos gradus, quæ pro veroſimilibus venditantur, quos gradus ut diligenti ac idoneo judicio libret ac diſpiciat, Lectoris partes depoſcunt, niſi umbram ſæpius quam corpus velit conſectari. Qui meliora in noſtra etiam materia edocebit, haud invitos indocilesque nos habebit aſſectatores.

SUMMA

SUMMA CAPITA.

Præfatio agit de uſu & præſtantia Antiquitatum patriarum.

SECT. I.

CAP. I. *Exhibet Deſcriptionem Monumenti Salisburienſis ſimiliumque, quæ in Germania terrisque arctois cernuntur.* pag. 1

CAP. II. *Docet, Saxis quidem a veteribus Celtis atque Septentrionalibus populis divinum cultum fuiſſe exhibitum, eum autem ad noſtra monumenta non pertinere.* 12

CAP. III. *Probat monumenta hæc ararum numero non eſſe habenda.* 41

CAP. IV. *Monumentum Salisburienſe neque Templum fuiſſe, neque aut a Romanis aut a Britannis exſtructum.* 50

CAP. V. *Neque horum monumentorum ullum fuiſſe uſum in Comitiis aut Regum electionibus.* 85

SECT. II.

CAP. I. *Oſtendit lapides noſtros fuiſſe Monumenta ſepulchralia.* 97

CAP. II. *Agit de cauſis, quæ majores noſtros impulerunt, ut ſimul cum defunctorum cadaveribus bellicam æque ac domeſticam ſuppellectilem, equos, nummos aliaque conderent. Dogmata majorum noſtrorum de*

Digitized by Google

ſtatu animarum poſt mortem fuſius explanantur. 114.

CAP. III. *De Herculis columnis in Septentrione. De Hercule Saxano & Maguſano.* 133

CAP. IV. *Docet Saxa Salisburienſia non eſſe Monumentum ſepulchrale Vortigerni & Sociorum ab Hengiſto occiſorum, neque Ambroſii.* 202

CAP. V. *De ſacrificiis & oblationibus ad ſepulchra factis.* 205

CAP. VI. *Evincit autores horum operum ſtupendorum non fuiſſe gigantes.* 207

CAP. VII. *Neque a diabolo ea fuiſſe congeſta, aut a diluvio generali conſtipata; multo minus ſaxa illa arte fuiſſe effecta.* 228

CAP. VIII. *Veteres Friſios, Saxones, Danos, Succos molium Septentrionalium fuiſſe conditores* (Cap. VI.) *& Salisburienſem in ſpecie Anglo-Saxonibus tribuendam eſſe.* 230

EXERCI-

EXERCITATIO HISTORICO-PHILOLOGICA,

DE

DEA NEHALENNIA,

NVMINE VETERVM WALACHRORVM TOPICO,

CVI ACCEDIT

CONSPECTVS OPERIS EDENDI,

DE

GERMANIA VETERI GENTILI,

SEV DE

DIIS VETERVM CELTARVM GENTIVMQVE SEPTENTRIONALIVM

AVTORE

J. G. KEYSLERO,

MEMBRO SOCIET. REGIAE LONDINENSIS.

EDITIO SECVNDA CORRECTIOR.

Digitized by Google

Q. D. B. V.

§. I.

Instituti Ratio.

NEHALENNIÆ, priscæ Zelandorum Deæ numen pariter ac nomen explicare constituimus, quæ tenebris diu ac caligine fere sepulta, seculo tandem transacto lucem denuo vidit, iterumque e fluctibus emersit. Qua in re ut eo progrediamur felicius, a capite arcessenda monumentorum historia, quæ Deam hanc nobis velut postliminio reddiderunt. Dabimus inde sententias eruditorum, qui ruinas hasce, scriptis jam excusserunt, quorumque dissensus uberiorem cogitandi inquirendique dedit occasionem. Germanis tandem nostris Topicum hoc numen vindicabimus, productis in medium monumentis ac argumentis, sententiæ nostræ patrocinantibus.

Historia Monumentorum.

§. II. Annus agebatur a restituta Salute 1647. & dies Januarii Mensis quintus, cum vehementius flante Euro in Zelandiæ extremo angulo, qua maxime in Oceanum excurrit, ruinæ apparerent maximæ vetustatis. Recesserant maris fluctus, populo

populo e vicinia ac urbe imprimis Domburgenſi accurrenti, copia data uberrima, eruendi, quæ maris undæ ante occultaverant. Statuæ erant aliquot & aræ lapideæ, quibus intermixta pocula, urnæ, nummi, fibulæ, hisque conſimilia veterum Romanorum, etiamnum Euro repulſis fluctibus, in ora iſta litorali inquirentibus obvia. Lapis ſubcinericius in plerisque monumentis, rubicundus in nonnullis, ſcaber, quique vel levi contactu in arenam reſolvitur. Alta ſunt 3. interdum 4. lata duo cum dimidio aut tres ferme pedes. Romanorum alia referebant numina notisſima, Jovis & Neptuni; alia gratiſſima novitate ſpectantium in ſeſe convertebant oculos, NEHALENNIAM ſiſtentes Deam nemini hactenus cognitam. Provocabant hæc eruditorum diligentiam, (*a*) publici imprimis juris facta accurata eorum delineatione Middelburgi edita. (*b*) Primus

a) Docent id *Anon. cujusd. N. S. N. litteræ* Domburgo d. 14. Jan. *Henr. Brunonis*, Haga Comitum d. 23. Febr. & *Conſtantini Huygens*, principis etiam juſſu datæ eod. anno ad *Petrum Scriverium*, editæ ab *Ant. Matthæo Analect.* T. VI. p. 391. ſeq.

b) *Afbeeldinge van de Oude Rariteyten aan de*

mus ad eorum enucleationem ſeſe accingebat *Marcus Zuerius Boxhornius*, *Eloqu. & Hiſt. Prof. Lugdun. Batavor.* duobus libellis (*c*) belgica lingua conſignatis. Hunc ſubſecutus *Olivarius Vredius*, JCtus Brugenſis *in Addit. ad Lib. prodromum* II. p. XLIV. ſeqq. *Hiſtoriæ Comitum Flandriæ Brugis editæ An.* 1650. *Jacobus Lydius inde*, *Blancardus*, *Reineſius*, *Sponius*, *Gargon* aliique, quos ſuo quemque loco citabimus, ſucceſſerunt, tum in verbis inſcriptionum, tum explicatione plerumque inter ſe diſſidentes.

Monumentorum deſcript.

§. III. Quod autem Inſcriptiones attinet Nehalenniæ memoriam illuſtrantes, primum

Strant omtrent Domburg in het Eyland Walcheren gevonden in het Jaar 1647. fol.

a) Prior inſcribitur: *Bediedinge van tot noch toe onbekende Afgodine Nehalennia; over ettelike hondert Jaren onder t' ſant begraven, ende onlangs entdeckt, op het Strandt van Walcheren. Tot Leyden* 1647. Inſertus *a Blancardo Collectaneis Medico-Phyſicis, vel Ephemeridibus Belgicis, Centur.* III. Obſ. XI. Poſterioris titulus eſt: *Antwort op de Vragen, voorgeſtellt over de bediedinge van de gemeine Herkomſte van de Grieken, Romeynen ende Duytſche tale uyt den Schythen duydelik beweſen, ende verſcheyden Outheden van deſe Volckeren ontdeckt ende verklaert worden.* ib. 1648.

Digitized by Google

Fig. XII. ad Exercitationem de Dea Nehalennia.

Digitized by Google

Digitized by Google

primum locum in Vredianis (*a*) occupat ara Deam Nehalenniam (quod ſubſcriptio indicat) ſiſtens ſedentem cum corbe aut calatho pomis, piris aliisque fructibus repleto in ſinu: ad dextram canis, ad ſiniſtram iterum corbis. Ad latus hinc inde folio, atque opus encarpum; in ſummitate poma, pira, ceraſa, pruna, vid. *Vreed.* l. c. p. XLVIII.

§. IV. Secunda Nehalenniæ ſedentis ſtatua eſt, at ſella non apparet, caput etiam abruptum, idem tamen dubio procul, quod reliquis fuit. Pes ſiniſter inſiſtit proræ navis, cui videtur inſcriptum fuiſſe: DEAE N. i. e. Deæ Nehalenniæ. Inſcriptionem reliquam ſatis obſcuram Vreedius legit:

MASSOM SAƎLVS. Q. B.

At aliter legendam eſſe nempe: DEAE N

MASSONIVS AƎLVS. Q. B.

& ſub prora navis extare literas D. B. docent literæ Manuſcriptæ *Cornelii Boot*, nunc ἐν ἁγίοις, verbi divini, dum viveret,

a) diligentiſſimus hic fuit monumentorum horum perſcrutator, cujus cum lectiones ſint accuratiſſimæ, verbis etiam ipſius plerumque utemur in delineatione lapidum, figuras æri inciſas correctiores alio tempore daturi.

Digitized by Google

ret, miniſtri Domburgenſis, qui ſingulari accuratione quæ Domburgi decem nunc ante annos reſtabant monumenta delineavit, & ad cognatum HADRIANUM RELANDUM, tot ſcriptis eruditiſſimis notiſſimum, transmiſit, qui pro cætera in me benevolentia & illa communicavit.

§. V. Tertia Nehalennia rurſus ſedens, cum calatho in manu ſiniſtra, uvis & vitis foliis hinc inde ad latus. Inſcriptio hæc eſt:

DEAE NEHALLEN
NIAE. C. EXOM
NIANIVS VERVS
D D. (*a*) EXOMNIANVS

habet *Sponius Miſcellan. Erud. Antiq. Sect.* III. n. XC. p. 110. *ex Th. Reineſ. Inſcript. Claſſ.* I. n. 177. ſeq. Nihil hac in lectione certi ſtatuimus, cum ara hæc Domburgi amplius non extet, ac inde omiſſa diligentiſſimo *Corn. Boot.*

§. VI. Quartam aram iterum exornat Nehalenniæ effigies cum corbe ad dextram, & cane ad ſiniſtram manum. Ad latus dextrum apparet Hercules cum

a) Donat Dedicatque vel Dono Dedit.

cum clava nodoſa & pelle leonina, (*a*) & clava nodoſa ad latus ſiniſtrum alius Dei figura, ſubſcriptio talis eſt:

DEAE
NEHALENNIAE
SEXT. NERTOMA
RIVS NERTONVS
V. S. L. M. Ita *Manuſcriptum Corn. Boot*, quo cum incidunt *Vreedius & Sponius* ll. cc. *Boxhorn.* priori libello & *Sim. van Leeuwen in Batavia illuſtrata pag.* 128. diſtinguunt NERTO MARIVS, poſterior etiam perperam NERTONIVS legit.

§. VII. Quinta ad Nehalenniam cum cane videtur accedere Druis fœmina, cum puella aut flamine minore: ad latus utrumque eſt ſacrificulus columnæ inſiſtens, ſub qua encarpa. Inſcriptionis nihil apparet.

§. VIII. Sexta Nehalenniæ ſedentis typus eſt cum cane ad dextram, & calathis, uno in gremio, altero ad ſiniſtram. Vitis cum foliis aſcendens lapidi inciſa eſt; Hercules quoque lateri junctus, ut ſupra in ara quarta. Præter NEHALEN nihil inſcriptionis apparet.

a) Qualis ap. *Golz. Faſt.* f. 142. 144. 145. 149. 151. 172. 189.

§. IX. Septima Nehalenniæ ſtantis typus, cum corbe ſupra pedem ſiniſtrum, inſiſtentem baſi columnæ, aut fortaſſe proræ navis, ut ſupra ſtatua 2. Ad latus utrumque figura erat Neptuni aut Herculis, ſed prorſus detrita. In inſcriptione aliquot literæ deſunt:

DEAE NEHALEN
NIAE N N
IME
V. S. L. M. *Vreed.*

l. c. Neque hæc Domburgi hodie extat.

§. X. Octava Nehalenniæ ſedentis typus, cum duabus victoriolis, una manu palmas oſtentantibus, altera tegmen ſuſtinentibus. Adjacet dextræ canis, ſinum & ſiniſtrum latus occupat calathus pomis refertus. Pedes proræ navis inſiſtunt. Ad dextrum latus eſt Neptuni cum tridente, ad ſiniſtrum alterius Dei figura; Inſcriptio:

DEAE
NEHALENNIAE
FLET.†VS. GENNALONIS
PRO. SE. ET. SVIS.
V. S. L. M. (*b*)

§. XI.

b) Ita cum Vreedio legendam Inſcriptionem docent *Schedæ Manuſcriptæ Corn. van Boot.* Mira ap. cæteros varietas. *Lotichius Theatr.*

§. XI. Nona exhibet Nehalenniam ſtantem cum cane ad dextram. Ad latus dextrum Neptunus cum delphino & tridente, infra quem alia rurſus Neptuni figura cum gubernaculo & delphino. Ad latus ſiniſtrum tertia Neptuni figura, velut aquam e poculo effundentis. Adeſt infra mulier pectore nuda, veſtem utraque manu attollens, cum pocillo oblongo ad dextrum pedem. Inſcr. eſt:

NEHALENNIAE
L. IVSTIVS. SATTO. ET
NI
L. SECVNDIVS. MODERATVS.
FRATRES. V. S. L. M. (c)

Vreed. l. c. *Gargon* l. c.

Europ. T. V. ad h. a. & Spon. l. c. habent *Ænalonis. Boxhornius GENNALIONIVS, Simon van Leeuwen* l. c. *FLETVS GENNALONIVS. Jo. van Somern Antiqq. Bataviæ reſtit. belg. idiomate an.* 1654. *vulgatis*, habet *FLETXVS GENNALONIS* p. 140. ſeqq. Literæ Domburgo datæ d. 14. Jan. ad *Petr. Scriver. ſuprà* cit. legunt *FLETVS ANNALONIS.* Senſu ſuo par eſt quemque abundare in re tam obſcura. Nobiſcum conſentit *Matthæus Gargon* in libello nuper demum edito poſt primam Diſſertationis noſtræ editionem, ſub Titulo *Walcherſche Arkadia* T. I. p. 139.

c) Dubia etiam hujus inſcr. lectio. *Spon.* l. c.

Digitized by Google

§. XII. Decima Nehalennia ſedens cum calatho in ſinu; ad utrumque aræ latus cornu copiæ. Inſcriptionis pars poſterior abrupta eſt, reſtant verba:

DEAE
NEHALENNIAE.

vid. *Vreed.* l. c.

§. XIII. Undecima ara Deam ſedentem exhibet, ut ante; ad utrumque latus arbor latisſimis foliis vireſcens, inſcriptio eſt:

DEAE
NEHALENNIAE
L. FESTIVS
PRIMVS V S L M.

Vreed. l. c. conſentit *Spon.* l. c. & *Corn. Boot.*

§. XIV. Duodecima Typus Nehalenniæ, ut ara 8. 10. 11. juxta pedes ad dextram canis. Ad utrumque latus cornu copiæ. Nihil hic apparet inſcriptionis.

§. XV. Decima tertia ſedentis Nehalenniæ

& *Lotich.* l. c. habent *Juſtius Statto. van Leeuwen* l. c. *Juſtus Satto.* In tertia linea *Boxhorn.* & *van Leeuwen. Secundus* legunt, *Secundius* Lotich. l. c. Genuina a. lectio Vreedii, quod ſchedæ Corn. v. Boot teſtantur. Imprimis notandum, in linea tertia ſyllabam NI impoſitam literis J V ut legendum ſit Secundinius, more ſtatuariis perq. familiari.

lenniæ typus cum corbe. inſcriptio quoque detrita, ut tantum appareat, ſcriptum fuiſſe:

DEAE
NEHALENNIAE

Ad latus ſiniſtrum Neptunus inſiſtens columnæ cum poculo dextra, tridente ſiniſtra.

§. XVI. Decima quarta habet Nehalenniam ſedentem calatho utrinque & cornu copiæ ad utrumque latus, utraque manus cum ipſo ſinu abrupta eſt. Inſcriptio autem talis:

DEAE
NEHALENNIAE
M. TARINVS
PRIMVS. EX VOTO
SVSCEPTO L. M.

vid. *Vreed.* & *Blancard.* l. c.

§. XVII. Lapis Decimus quintus ara eſt cum inſcriptione, utrinque cornu copiæ:

DEAE
NEHALENNIAE
SVMARONIVS
PRIMANVS
V. S. L. M.

Vreed. l. c. *Sponius* l. c. habet *SVMMARIONIVS. Boxhornius SVMMARONVS.* Genuina

Vreedii lectio, cum qua conveniunt literæ N. S. N. ap. *Matthæum*, *& Manuſcriptæ Cornelii Boot.*

§. XVIII. Monumentum decimum ſextum columna eſt, Nehalenniæ ſtatuta. Verba inſcriptionis ex ſchedis Manuſcriptis *Cornelii Boot* damus, ad quæ proxime accedit *Vreedius*, reliqui mire inter ſe diſcrepant:

DEAE NEHALENNIAE
OB MERCES RECTE CONSER
VATAS SECVND. SILVANVS
NEGO†TOR CRETARIVS
BRITANNICIANVS
V. S. L. M.

conf. *Vreed.* l. c. *Sponius in aris ignotorum Deor.* ap. *Gronov.* T. VII. p. 256. (*d*)

§. XIX. Monumento decimo ſeptimo Nehalenniæ ſedentis effigies erat, ſed cujus vix aliquid apparebat. Lateri aræ ſiniſtro inciſus ſervus venaticus, tuni-

d) *Sponius Miſcellan. Erud. Ant.* habet RITE ex Reinef. l. c. p. 110 conf. *Reinef. Epiſt. ad Daumium* 62. p. 166. & *Epiſt. ad Rupertum* pag. 300. *Servatus Gallæus*, *Diſſ. de Sibyllis* c. 36. lineas aliter diſtinguit, legit etiam *Negottor. C. Retarius. Brittanicus Janus. Lydius* in literis *ad Blancardum Belgio Glorioſo ſubjunctis habet:* N. R. F. T. *Annicianus.*

tunicatus, capite detonſo, incedens baculo & captum leporem tergo geſtans alteri baculo appenſum. Lapis ſubrubens eſt, altus duos pedes, fronte inſigniter deformatus, latere tamen illæſo. *Vreed.* l. c. Vidit etiam *Blancardus*, qui ibidem detectum ait vaſculum e terra Samia, referens cervum cum binis canibus perſequentibus. *Vid. ejus epiſt. ap. Jac. Lydium appendice Belgii glorioſi.*

§. XX. Progrediamur ad monumenta *Vreedio*, aliisque omiſſa. Pertinet huc marmor, quod in operis priſci ſuppellectili *Cornelii Nicolai*, (una cum ipſius libris Amſtelodami 1698. publice vendita) primum locum obtinebat. Stolata ſedet Nehalennia in cathedra, frugibus refertum calathum manibus tenens, inter canem & caniſtrum pomiferum. Inſcriptio eſt:

DEAE NEHALENNIAE
DACINVS LIFFIONIS
FILIVS V. S. L. M.

Exhibet hanc inſcriptionem etiam *Spon.* l. c. & ita deſcripſit ſæpe nobis memoratus Corn. Boot ſuo tempore Domburgi adhuc ſuperſtitem, unde conſtat circumventos, qui Nicolainum marmor velut genuinum ſibi compararunt, ad

similitudinem Domburgensis saltem effictum, quod non raro fieri novimus. (e)

§. XXI. *W. Gœree Hist. Eccl. & Profanæ, edit. idiomate Belg.* p. 154. aliam exhibet aram, prope Middelburgum in villa Joh. Honing a se visam & descriptam:

DEAE NEHALENNIAE
SERVATVS
THERONIS FILIVS
V. S. L. M.

Meminit hujus lapidis etiam *Sponius*, eumque in pago Steenhove extare affirmat, quod etiam facit *M. Smallegange in Chron. Zeland. lingua Belg. edit.* 1696. f. p. 671. qui p. 82. seq. tam reliquas inscriptiones & explicationem monumentorum quam ipsas figuras æri incisas ex Vreedio desumsit, nulla tamen plane Vreedii facta mentione. Addit lapidem hunc longitudinis 4. fere aut quinque pedum esse, altum 2. Latera exornant flores ac folia.

§. XXII. Subjungit *Smallegange* l. c. p. 671. aliud monumentum in eod. pago Steenhove visendum. Exhibet illud Deas tres in ordine considentes. Adstat

e) Pertinent huc plurima monumenta a Nic. Chevalier collecta.

Digitized by Google

ſtat ſacerdos cum apparitore vinum in altare effundente. Ad utrumque latus cornu copiæ. Inſcriptio prorſus deleta. Facit hoc, ut lapidem iſtum Nehalenniæ adſignare vix auſim, idque eo magis quod 3. illæ Deæ ad tres Gratias potius videantur referendæ, quam ad Nehalenniam, quæ in nullo alio monumento tali cincta comitatu.

§. XXIII. Aliam inſcriptionem dat Boxhorn: DEAE NEHALENNIAE IANVARIVS AMBACTHIVS PRO SE ET SVIS V. R. L. M. Vidit & deſcripſit *Blancardus Hiſtoriarum ap. Middelburgenſes Profeſſor* l. c. p. 269. *Cornelius van Boot* affirmat etiam, relatum ſibi, tale monumentum in villa vicina extare. *Smallegange* monumenta Domburgi detecta numero 23. memorat, horum non niſi 18. Domburgi nunc reſtant, novem imprimis Nehalenniam referentia.

§. XXIV. Coronidis loco accedat monumentum aliis hujus materiæ indagatoribus non viſum, quodque benevolentiæ debemus Celeberr: *Hadriani Relandi*, qui transmiſſum e Zelandia Trajecti ad Rhenum etiamnum aſſervat. Eſt autem baſis columnæ unius fere pedis altitudine, parique latitudine, ex eod.

lapide, quem ſupra deſcripſimus, cretaceo ſcil. & velut exeſo. Inſcriptio eſt:

DEAE
NEHALENNIAE
ASCATTINIVS
RASVCO
V. S. L. M.

Ridendus Pontificiorum error.

§. XXV. Monumenta hæc, prout quisque acceperat deſcripta, explicabantur. Pontificii ad arma clamabant, aſſeverantes monumenta iſta noviter detecta Beatæ Virginis Mariæ typos & cultum referre, Hæreticos autem totos in eo fuiſſe, ut obliterarentur nonnulla & prava interpretatione detorquerentur, alia oblivione penitus premerentur. Vid. *Boxhorn. ap. Blancard. Cent.* III. *Obſ.* XI. Allegabant pro cauſa imagines mulieris, & locum, ædiculam nempe ſacram, unde effoſſa monumenta. Quæ ſalſe deridet Boxhornius, miratus de novo feſto inventæ & reſtauratæ Mariæ Nehalennicæ nondum actum, aut nummos Romanos pro hoſtiis (quod ajunt) credulis venditos, eadem autoritate qua Chronica vetuſta Holl. panem in ſaxa Lugduni Batav. mutatum perhibent.(*f*)

§. XXVI.

f) Nimio plerumque & ejusmodi in rebus zelo

§. XXVI. Non deerant, qui *Bocharti* vestigia premen-tes omne negotium in He-braicis *Nehalenniæ Origines Hebraicæ.*

agitatur Clerus, & commodum succurrit interpretatio lapidis sepulchralis, Diis Manibus dedicati Augustoduni in Templo S. Petri Stricti (Pierre Lestrier) ita inscripti:

D. M.
VOLVS
JVS SE
NONIVS

quem ita legebat Pastor illius Templi *Dei Matri volumus servire*, non sine fiducia demonstrati cultus Dei Matris ab antiquissimis inde temporibus. vid. *Diss. de tumulis antiquis Augustoduni atque in ejus vicinia extantibus* p. 15. *quam inter Dissertationes Historicas, antiquitates varias illustrantes, Gallico idiomate suppresso nomine in lucem dedit R. P. Soc. Jes. l'Empereur Lut. P.* 1706. 8. Ita Hispanorum quorundam pia ignorantia & ipsis Romanæ Ecclesiæ assectis non minori fuit risui, qui teste *Mabillonio Itin. Ital.* p. 143. Albo Divorum S. VIARum inferendum putabant, idque precibus multis nummisque a Pontifice summo efflagitabant. Abnuit tamen sacer senatus, cui rerum earum cura fuerat demandata, explosis atque spe sua frustratis Hispanis, quibus aliud causæ præsidium non suppetebat, quam lapis inscriptus S. VIAR. h. e. Præfectus Viarum, literas enim initiales vel casus, vel jocus hominis Hispanorum

Digitized by Google

braicis ponebant originibus. *Servatius Gallæus Diſſ.* de *Sibyllis* c. 36. a vocabulo ſ. Hebræo ſ. Phœnicio נחל Nahal, leniter & commode duxit, derivat, ex eo, quod Dea hæc commode & leniter naves & merces ducere credebatur, vel ut hoc præſtaret eo tempore invocabatur. Vocem hanc eo ſenſu etiam Scripturæ ſacræ uſitatam, pluribus inde exſequitur, nugis annumerans, quæ *Boxhornius* de Scythica lingua in medium protulerat. Adeo ſuum cuique pulchrum. *Jo. Braunius Select. Sacr.* p. 800. Deam hanc

conſilia animo præcipientis, abſtulerat. Alia lubens nunc prætereo, quæ Diſſertationis modum facile poſſent implere *de Pia Pontificiorum vel fraude vel ignorantia in explicandis veterum inſcriptionibus.* Exhibent non nulla ab hoc inſtituto non aliena *Allatius de Liturgia Jacobi num. XI. Burnet. Itinor. Papebroch. in Commentario prævio de S. Lucifero Epiſcopo Calaritano num.* 135. 136. *Tom. V. Sanctorum Maji* p. 223. De Iſidis ſimulacro pro B. Virgine Maria accepto, ipſe *Baronius* conſulendus *Annal. Eccleſ.* T. IV. p. 125. Peireſcium etiam miſſæ ſacrificium probare voluiſſe ab antiquiſſimis inde temporibus ex nummo Conſtantini M. qui globum terræ ſuper altare exhibebat, quem ille pro hoſtia conſecrata habebat, conſtat ex Epiſtolis *Sponii.*

hanc ab antiquis Celtis ex Asia vel Scythia adductam autumat, nominis originem ex Syro נהלן Nehalin, fluvii, petendam, atque ita dictam velut Deam Fluviorum, idem quidem sentire *Reinesium* Inscr. CLXXVI. p. 192. at hanc suam multos ante annos fuisse sententiam, testibus probari posse fide dignissimis, ad quos etiam provocat.

Origines Græcæ refelluntur. De nova luna.

§. XXVII. Græcam alii malebant vocem. Succurrebat Constantino Huygens τὸ νεαλὲς quod sive recens captum sive salitum indicat. Subjungit in *Epist.* ad *Petr. Scriver*: „Νεαλὴς, ἐος, ἡ, novus in omni officio. „Νεαλὶς, ἴδος, ὁ, piscis proprie nuper „ captus, vel qui ad aliquod opus „ nuper appositus, novus nuntius. „Ita *vetus sub infantia typographiæ editum* „*Lexicon Græco-Latinum sub Theodoro Gaza* „*& Constantino Lascari collectum a fratre* „*Johanne Groslotio Placentino Carmelita. Im-* „*pressum Vincentiæ Ann.* 1483. *Etymologi-* „*cum Magnum*: Νεαλὴς, ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς, „ἰχθὺς ἢ ὁ νεωστὶ ὅτι ἔν πεποιηκὼς ἢ πεπον- „θώς. (g)

§. XXVIII.

g) Illustrat hanc vocem *Matthias Martinius in Cadmo Græco-Phœnice*, ubi ita: Νέηλυς, ὁ, ἡ,

§. XXVIII. Ingenio magis abundat illorum ſententia, qui novam lunam explicant, ut νέα ἑλήνη idem ſit, quod νέα σελήνη, aſpiratione in ſ. mutata, uti ex Græcorum ἡμὶ, ἕξ, ἑπλὰ, ὑπὲρ, ὗς, ἕρπω, ἕδος, ὕλη, Romani fecerunt ſemi, ſex, ſeptem, ſuper, ſus, ſerpo, ſedes, ſylva; vid. *Blancard. ep. ad Jac. Lydium.* p. 268. *conf. Vreed.* l. c. Conſtat cultam novam lunam duabus præcipue de cauſis; partim ob fructus terræ promovendos, partim ob compeſcendas maris tempeſtates, quo collineare videntur calati fructibus referti itemque prora navis in aris nonnullis conſpicua. *Lydio* facile etiam diceretur νέα ἔννη, nova vetus, ut variantes lunæ formæ & vultus nomine etiam exprimerentur. vid. *epiſt. ad Blancard* l. c. p. 281.

qui nuper advenit, a νέον nuper, & ἐλεύθω, venio. *Etymologicum Magnum Græcum, Venetiis* ap. *Nicol. Blaſtum Cretenſem* 1499. fol. Νεκλὴς, κυρίως ὁ νεωστὶ ἐκλωκὼς ἰχθὺς, ἢ ἐλεύθεις. *In Etymologico Magno Græco Antuerpienſi Manuſcripto.* III. Vol. conſtante quod tandem neſcio qua dicam ratione deſcriptum aſſervatur in Bibliotheca publica Traject. ad Rhenum legi: Νεκλὲς εἰς τὸ νεκρόν. At plura non addo, cum vel ex dictis appareat, quam difficulter hæc & abſone ad Nehalenniam referantur.

p. 281. Nec ſententiæ refragatur canis venaticus, cum Diana eadem quæ luna (*b*)

§. XXIX. Ferenda explicatio hæc, niſi Græca arceſſeret ἔτυμα, patriis ubique neglectis. Demus enim Druides Græcam linguam optime calluiſſe, (de quo tamen alibi) an ideo Germanis nomina defuere germana, quibus patriam compellarent Deam? Majori certe ratione a Germanico *Nie hel*, quod novum lumen indigitat, deſcenderet, conf. *Menſonis Altingi Notit. Germ. Inferioris, voce Nehalennia.* Qui duplex Lunæ a veteribus Germanis nomen impoſitum credit. Unum a menſtruo ortu & obitu *Maan*, a ſplendore alterum & lumine, *Licht*, *Schein*, *Hel*, quæ ſynonyma. Nugis autem annumeranda, quæ de Ulyſſis & Circes itineribus addit Vreedius, Vliſſinga & Circæa, urbibus Zelandiæ hiſce auſpiciis conditis. Quod autem quæſtionis

b) Alia addere in proclivi eſſet, Dianam nempe etiam eſſe inter nautarum numina, quod patet ex veteri Inſcriptione ap. *Gruter.* pag. XXXVII. ubi vocatur: REGINA VNDARVM Proſerpinæ etiam & Hecathæ (quas easdem faciebant cum luna,) canes attribuebant veteres Græci ac Romani.

Digitized by Google

nis caput eſt, Novilunium quidem Romanis æque ac Hebræis aliisque populis ſanctum fuiſſe novimus, verum ad Germanos usque pervaſiſſe illius cultum nondum ſatis conſtat. Lunam divinis honoribus proſecuti ſunt, teſtantur id Cæſar & Tacitus, de nova Luna nihil plane commemorant.

Origines Latinæ.

§. XXX. Pomonam Romanorum in Nehalenniæ ſymbolis ſibi viſus eſt videre *Joh. van Someren in Batav. Antiqq.* nulla tamen nominis addita elucidatione, quare nec nos diutius ejus ſententiæ immorabimur.

Origines Germanicæ. Boxhornii ſententia refutatur.

§. XXXI. Ad eos jam deveniamus, qui ex Germanicis Germanica illuſtrare ſatius duxerunt, impari licet conatu, neque ſucceſſu ſatis felici. Eminet ante alios BOXHORNIVS, ætatis ſuæ decus, qui a loco & inſula, in qua fuit culta, denominatam putat Nehalenniam, dictamque velut Deam *Nehalentis* aut *Zehalentis*. *Ealent* autem Scythis inſulam fuiſſe (noſtris *Eyland*) Ea vel *aa* voce aquam notante, (*i*) unde Gallicum

eau

i) Inde forte frequens terminatio urbium in ach. e. g. *Creuzenach*, crux aquæ, quod ibi

eau Romanorum aqua. Vocabulis autem a vocali incipientibus literam Z. vel N. non raro præfigi. Notamus hic, exempla a Boxhornio eam in rem adducta vix quadrare, nec demonſtrare, quæ ſibi ſumſerat demonſtranda. Accedit quod temporis ratio ſententiæ Boxhornianæ minime ſuffragetur, cum Nehalenniæ cultus eo tempore vigeret, quo Zelandia fluctibus nondum cingentibus, nec inſulæ nomen induere poterat. Neque enim ante foſſam Ottonianam (jam ingens æſtuarium) a Flandricis terris avulſa, atque anno demum 1377. undis vehementius concitati Oceani in inſulæ formam redacta eſt, auctam poſtea inundatione & tempeſtatibus anni 1421. vid. *Smalegange* P. I. l. 2. c. 2. Walachria etiam inſula, Zelandicarum ad Occidentem ultima, antiquitus ad veterem Schaldim & portum Zuin pertinuit, cimbris culta habitatoribus, quibus Caninefates,

Naha & Clanus confluunt crucis fere forma, *Andernach*, *Bacherach*, *Breiſach*, *Durlach*, *Aurach*, *Cronach*, *Schwartzach*, *Steinach*, *Eiſenach*, *Aache* imprimis Belgis Aken, Latinis Aquæ Grani. In Gallia *Nerac*, *Clerac*, *Laberdac*, *Bergerac*, *Florenſac*, &c. confer, *Braun.* l. c. p. 800.

Digitized by Google

Marſi, Sturii & Cauci, ac denique Friſii ſucceſſerunt.

Lydii conjectura explosa.

§. XXXII. *Jac. Lydius* mulierem putat fuiſſe, benefactis, fructibus, vel mercibus transmarinis advectis incolis celebrem, ac poſt mortem Dearum numero adſcriptam. Nomen fuiſſe *Neel* aut *Nel*, quod plenius *Neelcke* aut *Nellecke* effertur, & *Corneliam* notat. Hujus præſidium & opem in deducendis quaſi & attrahendis e mari in portum navibus exoraturos incolas, *Neel Hael inne*, ſubinde clamitaſſe vel *Nel Haelinne*, quam adorationis formulam male a Romanis intellectam, in Deæ tandem nomen proprium abiiſſe, ſibi perſuaſit; vid. *Not. ad Belg. Glorioſ.* p. 179. ſeq. & *Epiſt. ſubjunctam* p. 273. Canes venaticos & ſervum venatorem ἐπίσημα interpretatur navium, ſive mercibus devehendis idonearum, ſive prædam exercentium, eamque canum inſtar inſectantium. Superſedemus prolixiori ſententiæ hujus diſquiſitione & examine inter fabulas & aniles nugas aut, ſi Diis placet, ingenii luſus collocandæ, niſi aliud plane ſibi viſus fuiſſet autor interpretatione hac inveniſſe, quam quod pueri in faba. Interim inficias non ibimus,

mus, familiare Belgis olim fuiſſe nomen *Neland*, contracte *Neel*, fœminis item *Neeltje* vel *Nelletje*, idque etiam adhuc Seculo XVI. Quod vel ex catalogis magiſtratuum abunde patet, teſte *Simone van Leeuwen Batav. Illuſtr.* p. 125. Hujus in locum exinde ſucceſſit Romanorum prænomen, *Cornelius*, veteribus Germanis plane incognitum, quidquid nugetur *Adrianus Schrieck Orig. Celt. Indic.* II. Cornelium quaſi *Korn-Hel*, frumenti divitem, germanica notione dictum autumans. (*a*)

De Dæmoniis aquatilibus veterum Septentrionalium & Celtarum.

§. XXXIII. Videamus jam, qua commodiori ratione Deæ hujus dari poſſit explicatio, & ea quidem quæ exulantibus peregrinis originibus, patrios agnoſcat fontes. Fluminibus ac fontibus ſingularem ſemper apud omnes fere gentes habitum fuiſſe honorem, conſtat inter omnes. Vindicabant hunc ſibi cultum Genii ac Nymphæ, tot monumentis ac inſcriptionibus frequentes, ut alia vix materia fœcunda magis, quam quæ

a) *Nellus* etiam nomen quorundam Hiberniæ regum, quod docet *Catalogus eorum* ap. *Jac. Waræum Antiqq. Hibern.* p. 22. 23.

Digitized by Google

Romanorum æque ac Græcorum hac parte ſuperſtitionem depingit. Silentio colebantur loca iſta Nymphis ſacra, vel ipſo undarum murmure ad reverentiam quandam animos mortalium compellente. Eadem perſuaſio Celtarum, divini quid fontibus ac fluminibus ineſſe credentium, cujus aut favorem leniter defluentibus undis, aut iram effuſis inundationibus experirentur. Sueones aliosque Germanorum ad Septentrionem vergentes nationes *Procop. rer. Goth.* l. 2. c. 15. p. m. 424. memorat, Deos ac genios colere quosdam marinos & alia quædam minora numina, quæ in aquis fontium fluminumque verſari perhibent. Confirmant dicta aræ ac monumenta paſſim in terris Celticis reperta ac *Nymphæ Brigantum*, *Nymphis Griſelicis*, *Varcileris*, &c. inſcripta, ut taceamus Rheni aliorumque fluminum numina, alio loco fuſius a nobis illuſtranda. Teſtantur idem Conciliorum Canones & Regum Capitularia, quibus fontium ac fluminum cultus interdicitur. Dæmonium autem illud undis Oceani ac fluminum, Neptuni inſtar imperans, NOCCAM dicebant, vid. *Olai Wormii Monum. Danica* p. 17. unde aquis ſuffocatos

catos a *Nocca* abreptos ajebant: *nocken tog Hannen bort.* Quibusdam in locis Daniæ hunc *Nockam NICKEN* vocant. In *Edda* eſt *Nikur.* Ratio & origo a Germanico *neigen* forte petenda, quam pari ratione agnoſceret Latinorum *Necare, nex.* Addit ibid. *Wormius: Ferunt etiam ſubmerſos ex aqua ſublatos naribus fuiſſe rubentibus inventos, tanquam aliquis compreſſo ore ſanguinem exſuxiſſet, unde illud vulgare: nicken Haffner ſugit Hannom. Neccim* etiam dicebatur, hodieque adhuc eo nomine venit, teſte Joh. *Waſthovio in præfat. ad vitas Sanctorum (b) & Joh. Loccen. Antiqu. Sueo-Goth.*

b) Ibi ita: *Neccus nullam beneficam divinitatis opinionem adeptus, ſed certa tantum pernicie metuendus, quod aquis ſuffocaret. Neckur* ſive Neptunum (quem ſtulta licet perſuaſione cernere credunt modo ſub equi, piſcis, ſerpentis, forma, modo equitantis habitu, modo in cymba mare ſulcantis & imperium in undas tempeſtatesque exercentis) hodieque vulgi rumoribus tritum confirmat *Olaus Rudbeckius*, Scriptor multifariæ lectionis, cujus tamen aſſertis ingenii plus ineſt, quam veritatis, *Atlantic.* P. I. c. 7. §. 5. p. 192. & c. 30. p 719. ſeq. qui tamen falſo Odinum interpretatur, quod alio loco fuſius nobis erit demonſtrandum. Incongrua etiam vocabuli derivatio a *Nicka*, ſcorſum deorſumque jactari, quam c. 30. p. 722. ſuppeditat. Cæterum vero

p. m. 17. qui addit in quodam Dictionario Belgico-Gallico esse *Neccer*, spiritum aquaticum & *Necce*, necare. Deprehensum etiam quibusdam unda extractis gulam fractam, caput obversum fuisse, ut diabolus firmet vulgi superstitionem. Dictionarium Islandicum editum a *Georgio Hikkesio Thesaur. linguarum veterum Septentrionalium* P. III. p. 85. *Nikur* interpretatur belluam aquaticam. (*c*) Et jam ante

non videtur absimile, a *Necco* hoc aut *Nehis* originem vocis *Nachen* petendam, qua cymbam vel scapham Germani notant, idque eo magis, quod *Noka* etiam Eddæ nominatur navis. Idem Deus marinus in nonnullis septentrionalium scriptis *Endil* appellatur, cujus lupi balenæ vocantur, vid. *Ol. Worm, Literat. Runica p.* 161. 167. 215.

c) Illustrant hæc verba Taciti de Mor. Germ. sub finem: *Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum quo cingi claudique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis jam solis fulgor in ortus edurat adeo clarus, ut sidera hebetet. Sonum insuper emergentis audiri formasque Deorum & radios capitis aspici persuasio adjicit.* Quo loco *se mergentis* legendum vulgi error suadet, solem olim credentis, dum Oceano mergitur, stridorem edere non alium, quam ignito ferro aquis immisso. vid. *Posidonius* ap. *Strab.* l. 3. aliosque. Nec mirum Divum etiam *Hieronymum* eund. erasse errorem, *in*

Digitized by Google

ante nos *Borelus in Theſauro Antiquitatum Gallicar. Gallice edit. Lut. Par.* 1655. 4. *in præfatione* deceptos putat, qui Gallorum veterum Deum *Neith* pro Mercurio habuerint, cum Neptunum arguat & nominis convenientia, & ſaxum lacus Genevenſis, *Neyton* dictum ac Neptuno ſacrum, unde ipſis Genevenſibus Neutonum appellatio indita. Nuithones etiam fluminibus ac ſylvis munitos ait *Tacit. de Mor. Germ.* cap. 40. hac ipſa ratione nominis velut Etymologiam nobis indicans.

§. XXXIV. Nymphæ autem veterum Germanorum & Celtarum NEHÆ utplurimum veteribus inſcriptionibus ſalutantur, voce propius accedente ad ἔτυμον aa, ea, eha, quod Celtica lingua aquam notaſſe conſtat. Germanis etiam inde antiquitus fluvii AHA dicti. (*d*) Quod *De Nymphis Celtarum, Nehis.*

R 4 nomen

Eccleſ. c. 1. *Sol ipſe poſtquam ardentem rotam Oceano tinxerit per incognitas nobis vias, ad locum unde exierit, regreditur:* cum planam terram undisque innatantem crederent, furentium & Hæreticorum numero adſcriptis, qui antipodes docebant. Quod patet ex *Lactantio & Vergilii Epiſc. hiſtoria.*

d) *Biſtagun ahua bi jainamma razna illiſum eſt flumen domui illi. Ulphil. verſ. Gothica*

nomen etiamnum ſervat AHA amnis ad Gravelingam in Oceanum ſeſe effundens. Inde Veteres Annales patrii plurium fluminum terminationem faciunt in aha, quæ inter nunc quidem ſuccurrit Salzaha, Iſalaha, Iſaraha, Lonaha, Maraha, Salaha, Weſeraha &c. (*e*) Neque dubito

Evangeliorum Luc. cap. 6. v. 48. *ibid.* v. 49. *Ahva flodus, fluvius, aquæ fluctus,* Waſſerfluthen. *Ja daupidar veſum allai in Jaurdane ahuai fram imma, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine. Marc.* 1. v. 5. *Joh.* 7. v. 38. *Ahvos, flumina aquæ.* inde Latinorum *aqua,* Suec. *åå,* Gall. *eau,* Anglo-Sax. *ea,* Cambr. *aches,* quod inter Celtica vocabula recenſet *Leibnizius* in opere poſthumo quod Gloſſarii Celtici ſpecimen inter alia continet. conf. *M. Olai & Ol. Wormii Specimen Lexici Runici* voce *Aa.*

e) *Nehas* tamen nomine etiam referre videtur *Netha,* amnis non ignobilis Paderbornenſis Epiſcopatus, qui prope *novam Heriſiam* ortus finitimos *Barculenæ* (hodie Brackel) præ cæteris irrigat campos, vid. *Monum. Paderb.* p. 70. Ea etiam ſive *Leæ* fluvius, cui Leovardia Friſiæ oppidum appellationem fert acceptam; vel quod propius ad Nehas accedit Nahæ ſive Navæ Nomen, Principatus Palatino-Bircofeldenſis. Et ſimili ratione Neccis, noſtris *Neckera,* Sueviæ nobiliſſimum flumen, nominis debebit origines. *Oia & Eia* inſulam notat, noſtro etiam tempore

dubito, a NEHIS hiſce, aut NICKEN Danorum, Originem petendam vocis WASSERNICKSEN, qua hodienum vulgus in ſuperiori Germaniæ parte, Nymphas fluminum præſides compellat. Anglis nunc quidem *the Old Nick* pro Diabolo dicitur.

§. XXXV. Pertinet huc lapis Tuitii effoſſus prope ColoniamAgrippinam,quem *Gelen. de Magnit. Colon. Agr.* p. 384. exhibet. Utrumque ejus latus cornua copiæ exornant, inſcriptionem ita legit Gelenius: *Inſcriptiones Nehalarum.*

DEAE NEHALEE
ERIATTIVS IVCVN
DI PRO SE ET SVIS
V. S. L. M.

allegat vitam S. Heriberti carmine celebratam a Matthia Agricio, inter Manuſcriptos Codices fortasſis Monaſterii Tuitienſis latentem, cum unquam lucem vidiſſe valde dubitem. Ignota certe RR. PP. Soc. Jeſ. Antwerp. *Janingo Sollerio* diligentiſſimis Hiſtoriæ Sanctorum indagatoribus,

Suecis *Oia* & öö apellari ſolitam, teſte *Rudbeck Atlant.* P. I. c. 15. p. 468. Ejusmodi Neham etiam fuiſſe autumo Polonorum *Niam*, quam Cererem alii interpretantur.

quibuscum aliquot ab hinc annis ea de re contuli. Omnes autem fere lectio hæc induxit, ut crederent, Nehalenniam hoc lapide expressam, statuariorum aut describentium incuria literis aliquot mancam. Fuit hæc mens Th. *Reinesio Inscr. Class.* I. n. 182. & celeb. *Marqu. Gudio in not. ad Gruter. Inscr.* D. LXXXIX. n 1. qui putat, omnino legendum DEAE NEHALENNIAE tius. Gruterus habet NEHAE, & in secunda linea ERIATIVS. Legendum autem NEHAE confirmat *Buchelius*, Fundator Bibliothecæ Trajectinæ ad Rhenum, *qui in notis Manuscriptis ad Smetii Inscriptiones* (quod exemplar ibid. etiam asservatur) p. 151. inscriptionem hanc ex iisdem schedis, ex quibus Gruterus, Campii nimirum, ita producit:

DEAE NEHAEE
PRIATTIVS IVCVN
DI. PRO SE ET SVIS
V. S. L. M.

Unde patet inscriptionem hanc de Nehalennia Zelandorum proprie non agere, nec aliam esse, quam quales Romanos Nymphis loci passim consecrasse novimus. Nec obstat geminata litera E vocis NEHAEE, quæ non raro pro simplici occur-

occurrit in monumentis, ut vel ex ſola inſcriptione *Gruteriana* p. CLXXI. n. 8. elucet, ubi ſeedes pro ſedes ſcriptum nemo dubitabit. (*f*)

§. XXXVI. Aliam ſuppeditat *Gruterus* ex ejusdem Campii ſchedis, Odenhuſii ad Rhenum inventam, P. XCI. n. 1.

MATRONIS
I I
ASERCNEHABVS
L. INGENVINVS
SABINVS
V. S. L. M.

Nehis

f) Ratione certe non alia in Patavino monumento ap. *Gruter.* P. CCCCLXXX. n. 5. *Thraacum* pro *Thracum* habemus, *L. Betilienus Vaarus* in Aletrino 8. p. CLXXI. *Vaarius*, *Vaaria*, *Vaariilla*, in Narbon. 10. p. DCCCCXCVIII. *Ælius Vaalerianus*, ut videtur, in 2. p. CXXXIII. *Juliaane*, in San-Juſtino 12. p. DCCCCXIV. Plura exempla Index Gruter. dabit. conf. *Reineſ. Interpret. Marmoris Patavini inſcripti*, qui morem iſtum ſcribendi ab ipſis Grammaticis deſumtum probat. *Accius* enim geminatis vocalibus natura longas Syllabas ſcribi voluit, quod vetuſtis nonnunquam Codicibus Manuſcriptis ſervatum, male a poſterioribus veluti vitioſum mutatum eſt atque correctum. conf. *Terentius Scavrus de Orthographia.*

Digitized by Google

Nehis Aſerici cultis Votum Solvit Lubens Merito. L. Ingenuinus Sabinus. *Aſericum* hoc vel *Aſericiburgum* Aſciburgium illud eſſe, quod *Tacitus Hiſt.* l. 4. ab Ulyſſe conditum fabulatur, vix affirmare aulim: *Aſcelburgum* nonnullis illud videtur, ignobilis prope Xanthum pagus. *Leodius de Tungris & Eburonibus* p. 637. ſeq. ap. *Schard.* T. I. *Jodoc. Vilichius Comm. in Tacit. Germ.* p. 87. ib. Aliis vicus *an gen Eſſenberg*, haud procul a pago *Hæg-Emmerick* in Comitatu Mœrſenſi. Firmare videntur hanc conjecturam multa & inſignia Romanarum Antiqq. monumenta, quæ ibi effodiuntur. vid. *Wernherus Teſchenmacher ab Elverfeld Annal. Cliv.* p. 20. Sic de eo *Bernh. Mollerus Deſcr. Rheni.* l. 5.

Emericum læva Rheni tellure levatur
Aſciburgiacæ ſimulachrum continet urbis.

Unde Aſciburgum hoc falſo a multis creditum ſtetiſſe, ubi hodie Emerica ad Rhenum, Ducatus Clivenſis civitas non ignobilis. Nec deſunt, qui malint *Aiburg* exiguum vicum, haud procul Murſa oppido. *Jo. Iſaac Pontan. Hiſtor. Geldr.* p. 71. At hæc alius loci. Compoſita autem

vox

vox ASERICI NEHABVS, cujus posterius membrum casu tertio plurali modo NEHABVS, modo NEHIS in inscriptionibus occurrit, quemadmodum & DEABVS habemus & DIIS vel DEIS pro DEABVS, vid. *Gruter.* P. XCII. n. 1. *Cambden. Descr. Brit.* p. m. 319. & DIBVS ac DIIBVS pro Diis, Gruter. P. XCVIII. n. 5. & Indic. conf. *Gud. in not.* (*g*) Casu recto est *Neha*, hoc est Nympha sc. loci cujusdam.

§. XXXVII. Aliud monumentum sententiam nostram suffulciens e schedis *Arn. Mercatoris* exhibet *Grut. ead. pag.* n. 2. repertum ad pagum Altorfium prope Juliacum An. 1582. ita Inscriptum:

MATRONIS HAMAVEHIS
C. IVLIVS. PRIMVS. F
C. IVLIVS QVARTVS EX
IMPERIO IPSARVM
D. M. L. (*h*)

Gudio scribendum videtur HAMANEHIS, ut cum aliis in eo tractu repertis conveniat, qnamvis etiam credat, quæ prius *Nehæ*, post *Vehas* potuisse dici, ut *Nehale*

g) Ita *Matribus* & *Matrabus* inscriptiones habent alibi illustrandæ.

h) Dedicant Merito Lubentes.

Digitized by Google

Nehale & *Nehalis* poſt dicta *Vehalis*. vid. *not. ad* h. l. Nova hæc eſſet ratio Nehalenniam noſtram interpretandi, datis & ſimul originibus antiquæ Gallicæ vocis *les Fèès*, nympharum quoddam genus indigitantis, quas hominibus apparere, confabulari, futura præſagire, credula fabulabatur antiquitas, & multi hodienum fabulantur. (*i*) Varium certe nomen *Vahalis* fluminis in Jul. Cæſaris exemplaribus, & modo *Vachalus*, *Vacculus*, *Vacalis*, *Walis*, audit, cui hac ratione medela eſſet afferenda, ſi Nehalenniæ nomen inde luberet derivare. (*k*) Verum enim vero locorum diſtantia impedit, quo minus Nehalenniam, numen dubio procul locale, a Vahali, aut ſi Diis placet, Nahali & Nehali, denominatam nobis perſuadeamus, qua locorum diverſitate non attenta faciliori negotio a Nabalia dictam crederemus Deam in extrema Zelandorum ora litorali cultam. Videtur

i) Alii hanc vocem a Nymphis deducunt, alii velut Fatidicas dictas autumant.

k) Ultima notio *Walis*, uti ævo noſtro maxime conveniens, ita minime credibile, Cæſarem ea fuiſſe uſum, qui non Gallis aut Germanis ſed Romanis ſua literis conſignabat. conf. *Phil. Cluverus de tribus Rheni alveis & oſtiis* c. 5. p. 39.

Digitized by Google

tur ergo pro HAMAVEHIS legendum HAMANEHIS, ut Nehæ in loco dicto Hama cultæ hanc ſibi vindicent aram, imperio ipſarum poſitam. Frequens enim inſcriptionum formula, juſſu numinis, viſu monita, ſomno monita &c. Ham veteribus Germanis ſylva dicta. Hic autem non ſilvam ipſam quam locum a ſilva denominatum ſignificare, ex iis, quæ §. 42. erunt commemoranda, patebit.

§. XXXVIII. Progredimur ad monumentum monaſterii Eyffliz, oppidi Juliacenſis ſupra Coloniam Ubiorum, Treviros verſus, ſex milliaribus, quod idem *Gruterus ex Smetio* p. XC. n. 3. ſiſtit:

MATRONIS. VACALLI
NEHIS. TIB. CLAVD.
MATERNVS. IM:Pi:iM:
L. M.

Supra inſcriptionem in eodem ſaxo ſedent tres Deæ, ſinu pleno fructuum. Addit *Scaliger in not.* inferius ſculptum eſſe ſacrificium Viri litantis cum muliere ad aram, ſtante intermedio puero. Conf. *Chryſantus Boyſſ. apud Thom. Leodium Origg. Palatin.* p. 17. Habet inſcriptio ipſa in ſe aliquid ruditatis Germanicæ,

nicæ, in modo aſpirandi atque abbreviandi. Ad *Vachalum* vel *Vaculum* ſ. *Vahalin* (vid. §. præced.) fortaſſe confugiendum, niſi vera interpretatio ultro ſeſe offerret. Effoſſus enim lapis hic ad villam *Amwiler* non longe a pago nunc dicto *Vachlendorff*, h. e. pagus Vacallinæus, a quo loco Matronæ cognominatæ Nehæ iſtius loci undis præſidentes. *Golzius Theſaur. rei Antiquariæ* T. I. Claſſ. 1. p. 11. perperam legit VACILLINEHIS. Linea tertia legendum IMPerio IpſoruM, præcedens monet inſcriptio, quod etiam vidit *H. Thom. Leodius Orig. Pal* f. 18. qui in reliquis corrupte exhibet MATER NUR pro MATERNUS, idque inepte explicat de Livia Matre Tiberii Auguſti, & Nuru Imperatoris Julii, motus figura virginis in ima parte monumenti effictæ, manu virgam florentem tenentis, cujus capiti adſcripta eſt litera L. Credit inde ſacrificium eſſe Liviæ a Matronis factum, fretus teſtimonio *C. Taciti, qui init. l. 1.* ait Liviam non contentam honoribus humanis, ſe per ſacerdotes & flamines effigie Deorum & numinum coli voluiſſe. At præterquam quod vera lectio hanc explicationem non admittit, conſtructionis etiam ratio & ordo verborum obverſatur.

§. XXXIX.

Digitized by Google

§. XXXIX. Facit huc etiam Juliacenſis ara in Suburbanis non procul a veteribus caſtris Romanorum, loco qui hodienum dicitur *Rumanheim*, *ap. Smet. & Gruter.* l. c. n. 4.

MATRONIS
RVMAEHABVS
SACR
L. VITELLIVS
CONSORS. EXPLO
LEG. VI. VICTR.

ita enim *Hubertus Goltzius* l. c. p. 11. Aliena omnino primo intuitu videtur inſcriptio a Nehis noſtris, aliena etiam eſſet ſi lectioni Gruterianæ ſua conſtaret auctoritas. At RVMANEHABVS legendum aliud docet marmor Eccleſiæ Loveneſſen prope Enskirchen ad Rhenum, cujus iuſcriptio a Campio transmiſſa ap. *Gruterum extat* l. c. n. 5.

MATRONIS
ROMANEHIS
C. PVLMILENVS
V. S. L. M.

Lucem affundit inſcriptio hæc præcedenti, ibique etiam *Rumanehis* vel quod idem Rumanehabus legendum non vana conjectura perſuadet. Dubium autem

valde, an huc referendum ſaxum *Thomæ Gale in Comment. ad Antonini Iter Britannicum* memoratum, quod incipit Literis D. R. S. quæ explicari poſſent *Deabus Rumanebabus Sacrum.* Deabus Rumabus tribuit Gale, ita dictis a veteri Rumabone in Anglia, quod hodiernum caſtrum Drumbugh credit. *Gruteri* etiam inſcriptionem primo loco a nobis collocatam ad Britannicam ſuam applicat, ex eo, quod legio VI. Vict. ſtationem Carleoli habuit, exploratores forſan ejus ad Rumabo, Drumbugh, caſtrum, quod totum Itunæ æſtuarium proſpicit. Rumabo autem *apud Anonymum Ravenatem* poſtBramenium aliquot aliis interpoſitis oppidis ad vallum occurrit. Viro autem cætera doctisſimo ideo aſſentiri nequeo, quod anceps nimis, ſi non vana plane conjectura, quæ longe disſitarum regionum Topica numina non tam conjungit, quam confundit ac miſcet.

§. XL. Alio nos vocant conjecturæ, quibus ita tamen indulgebimus, ne vel detrimenti quid patiatur rei veritas, vel in re tam obſcura certi quidquam definire voluiſſe videamur. Egregium monumentum eſt, quod *Gruterus* æri inciſum ſiſtit p. XCII. n. 1. Metis eo tempore extabat

extabat in ædibus Dionyſii Lebei-Batlii, Regii apud Mediomatrices Præſidis, a quo Grutero communicatum. Viſuntur tres puellæ ſtolatæ manu altera neſcio quid florum tenentes, inſcriptio tympani eſt:

IN
HONOREM
DOMVS DIVI
NAE DISMAIRABVS
VICANI VICI PACIS. Pro *Mairabus*, legendam *Matrabus* nemo dubitabit. Quarta linea NAEHIS ſcriptum putabam, ac deſcriptorum incuria D. in locum literæ H. ſuffectum, ductibus horum characterum non adeo diſſimilibus. Falſam autem hanc conjecturam mox deprehendi. Eſt enim ara pro gloria & ſalute familiæ divinæ ſive Auguſtæ, Deabus Matrabus poſita, atque inde alius loci.

De Lehe-renno.

§. XLI. Reſtant duæ inſcriptiones ſatis quidem obſcuræ, ea tamen ex cauſa non omittendæ, quod neſcio quid cum Nehis & Nehalennia commune habent, facilius definiendum, ſi ad Rheni ripam effoſſas conſtaret. Viſuntur Convenis

Novempopulan, & deſcriptæ *a Sirmondo ap. Grut. extant* p. MLXXIV.

N. 6.	N. 7.
LEHERENNO	LEHERENO
DOMESTICVS	DEO
RVFI F	TERTVLLVS
V. S. L. M.	V. S. L. M.

Leherennum etiam hunc aquatile numen fuiſſe & cum Thuringorum Lahran convenire alio loco demonſtrabimus.

De Matronis veterum. §. XLII. Cæterum notamus *Matronarum* aut *Matrum* appellationem improprie Nehis datam in inſcriptionibus memoratis. Propria enim Deabus quibusdam Provinciarum, Urbium regionumque tutelaribus, a Nymphis diverſis, atque a Celtis præcipua veneratione cultis, quos Romam ſubſecutis temporibus imitati ſunt.

Nehalennia Germanicæ originis. §. XLIII. Ad Nehalenniam nobis revertendum, quam Neharum numero habendam nulli dubitamus, marinis enim aquatilibusque numinibus accenſendam vel ſola Neptuni figura Monumentis Nehalenniæ ſociata evinceret. Germanicæ etiam originis & alienam a numinibus Roma-

Digitized by Google

Romanis habitus & ornamenta, in monumentis expreſſa demonſtrant. Capitis ornamentum fœminis ex infima plebe etiamnum paſſim in illis oris & Amſtelodami imprimis uſitatum, dicitur *een Santé*. Ornamentum pectoris, univerſæ pene Germaniæ olim notiſſimum vix ante ſeculum exolevit, quod illorum temporum effigies loquuntur, Belgis dicitur *een labaar*.

Fuiſſe autem numen ἐπιχώριον vel ex eo liquet quod ejus mentio nondum alibi quam in Zelandia facta. *Minutius in Octavio* talia numina *Deos* MUNICIPES appellat c. 6. p. m. 59. 60. *Ammianus Marcellinus LOCALES.* Et *Servio ad lib. 7. Æneid.* v. 47. *DII TOPICI* dicuntur, quos ait ad alias regiones nunquam tranſire. Videtur igitur Nehalennia loco imprimis culta fuiſſe, cui *Hallen* fuerit nomen vel *Allen*. (*l*) Perquam enim familiare

& numen Topicum.

l) Nehalenniæ vox ipſa *Nehæ Templum, aula* ſeu *Palatium* poterit explicari. *Alh* enim, quod hodie *Halle*, templum notat apud Ulphilam, Matth. 27. v. 51. ubi *Faurahah alhs*, velum templi, & Luc. 1. v. 1. in *alh fanins* in templum Domini, conf. Matth. 27. v. 5. Cum autem *Hall* etiam dicatur atrium magnum

Digitized by Google

liare Zelandis aſpirationem ponere loco incongruo, ſc. ubi eſſet omittenda, & omittere, ubi nominum ratio eam requirit. Locus ille tot ſacris ibi peractis ac commerciorum fama inſignis, aliis etiam maritimi tractus urbibus nomen communicavit, hodienum pluribus ſervatum. Eminebat olim horum e numero vetus *Hallen* nunc *Egmunda* (v. *Jo. Picardti Antiqq. Drenthiæ belg. lingu. ed. p.* 66.) Abbatia antiquitate non minus quam meritis in Hiſtoriam patriam inclyta. Deſtructa anno 1572. eo tempore, quo Belgium inteſtinis concuſſum calamitatibus, maxime in ſemet ipſum graſſabatur, memoriam transmittit ad poſteros *Chronicis Egmondan. a Joh. Gerbrando à Leydis conſignatis & edit. ab Ant. Matthæo.* (*m*) Potuit etiam fama hujus Deæ latius diffundi

exponendis mercibus deſtinatum, duplici ratione Deæ Nehæ atrium poterit explicari.

m) Structuram ædificii florente Abbatia, æri inciſam exhibent Collectores *Act. Sanctor. Antwerp. in not. ad vitam S. Adelberti Diaconi Egmondenſis, Menſ. Jun.* T. V. pag. 94. ſeq. *Smid. Antiq. Batav. Belg.* edit. p. 76. Noſtro tempore præter muros, aliquibus locis ruinam jam jam minitantes, nihil reſtat, nec aliud obſervare mihi licuit quam inſcriptionem & figuram D. Petro dicatas.

Digitized by Google

di ad oceani præcipue Occidui accolas Menapios Morinosque, ſparſos item circum Rhenum Vahalim & Iſalam populos, maxime vero mare exercentes. In Walachria quidem & vicinia Domburgi nominis hujus ſimilitudo non ſupererat, at non adeo refert, tot antiquis nominibus (quæ rerum viciſſitudo) ubique obliteratis.

§. XLIV. Jam de undis, quas felici moderamine (*n*) temperare Nehalennia credebatur, nobis erit diſpiciendum. Rheni quidem numen ſumma religione colebatur, ac velut Palladium in oculis Germanorum veterum erat, cujus oſtia & alvei patriam Nehalenniæ noſtræ appropinquant. At nullibi adeo vergunt in occaſum ut Walachriam alluant. Quare dicendum potius portum Scaldis fuiſſe, quem Romani pariter ac Galli & Britones emenſo itinerum curſu petebant, & novi quidem Auguſti Cæſaris ævo ducti. (*o*) Servat memoriam origi-

 nis

n) Huic enim ubertatem inſulæ, ferarum copiam, & fructuum imprimis abundantiam acceptam ferebant incolæ inſulæ fructuum hodieque maxime abundantis.

o) Vetus enim Moſam influebat. Quod bene obſervandum ne *Plinium* deceptum creda-

nis vocabulo *Roompot* (vel potius Romport, Romanorum portus) Scaldiam inter & Walachriam, notiſſimas gentis illius inſulas: vid. *Blancard. Epiſt.* ad *Lyd.* p. 269.

De negotiatore cretario. §. XLV. Illic imprimis e Britannia reduces appellebant, votaque in itinere ſuſcepta in templo Nehalenniæ, aut quia Deæ huic voverant, quod inſcriptiones docent, aut quia non aliud portui vicinius, ſolvebant reddebantque. Documento eſt ara ſupra §. 18. memorata, Deæque Nehalenniæ ob merces recte conſervatas *a Secundo Silvano, Negotiatore Cretario Britanniciano* condita. Putat *Th. Reineſ. Epiſt. ad Chriſtian. Daumium* 62. p. 169. marmorarium ita literas ligaſſe NEGOTATOR, & *in Syntagm. Inſc.* l. c. NEGOTIATOR, at fallitur, NEGO†TOR enim perſpicue in lapide legitur, Signum autem † in monumentis non raro loco T. occurrit, ut in Inſcr. Grut. Deæ Aventiæ dicata apud Grut. p. 90. n. 1. in fine: ADIEC†IS. DE. SVO. † etiam pro ſyllaba IT occurrit in voce QVIESC† inſcr. *ap. Sponium Antiquit. Lugdun.*

mus, cum infimum Rheni oſtium, quod Moſæ *Ptolomæo*, Scaldis oſtium appellat.

Lugdun. Gallice edit. p. 233. Negotiorum geſtorem quidam explicarunt. At ſuperſedere nos poſſe hac interpretatione monumenta demonſtrant. (*p*) *Negotiator artis cretariæ* memoratur in inſcr. prope Rotemburgum ad Nicrum inventa, quam exhibet *Grut.* p. CXII. n. 12. & in ara Metenſi. *ap. eund.* p. DCXLI. n. 3.

DIS. MAN.
EGOT. ARTIS. CRET. M·
ETOSO. MATER
H. P. C. h. e. monumentum
Hoc Poni Curavit. Aliud ex

Welſero idem habet l. c. n. 4. fruſtillatim

 effos-

p) Ita *negotiator Frumentarius* occurrit in Inſcr. Matrum Mopatum ap. *Jac. Sponium Miſcell. erudit. Antiqu.* Art. LXXVII. p. 105. *Negotiator Sagarius ap. Grut.* p. XIV. n. 12. *Negotiator ærarius & ferrarius* apud. eund. p. DCXL. n. 2. & ap. *Reineſ. Synt. inſcr. ant. Claſſ.* XI. inſcr. 26. p. 617. *Negotiatores Lintearii* l. 6. Cod. de excuſ. mun. *Negotiatores Olearii ap. Reineſ.* Cl. VI. n. 123. p. 460. *Negotians Materiarius* ap. R. P. *Bernh. Montefalconium, amicum ſingularem, Diar. Ital.* c. 26. p. 391. *Negotiator vinarius ap. Chorierium Antiqu. Viennenſ. Gall. ed.* l. 3. p. 253. & *ap. Spon. Antiqu. Lugd. p. 25. Negotiator artis macellariæ* ib. p. 62. *Negotiator artis proſſariæ* ib. p. 102. conf. *Reineſ. Epiſt.* p. 456.

Digitized by Google

effoſſum Auguſtæ Vind. 1591. in D. Vdalrici templo:

D. M. ET
PERPETVAE. SE
RITATI. VICTO
VICTORIANO
GOTIATORI
S. CRETARIA
TVRARIAE. SI
CA. MAT
VIXIT. AN
C.

Negotiatori artis cretariæ hic legendum patet. Difficilior conjectura de lacuna mox inſequente ſupplenda. Reineſius legit *Purpurariæ* vel *Turariæ* a thure. *Flatuariæ Sigillariæ* legendum ſuaderet *inſcriptio Grut.* p. DCXXXVIII. n. 6. ubi *Flatuarius Sigillarius* occurrit. At *Flaturariæ* retinendum exiſtimamus cum *Flaturarius* memoretur in *Inſcr. Reineſ. Claſſ.* XI. art. 98. p. 643. *Flatura* etiam *Argentaria* in inſcriptione Romana *Reineſio a Chriſt. Adamo Ruperto transmiſſa*, quam habet *in Epiſt. Reineſ. ad Rupert.* p. 509. Negotiator autem artis cretariæ non alius eſt, quam qui cretam aliaque terrarum margarumque genera vendit, & Negotiationem

nem hanc cretariam per Germaniam præcipue excultam & exercitam loci effoſſorum monumentorum docent.

§. XLVI. Reſtat in eadem inſcriptione vox *Britannicianus* explicanda, non de patria Secundi Silvani, ſed creta & negotiis intelligenda. Lapis certe ipſe cui inciſæ inſcriptiones hæ peregrinus in terris, Zelandicis, albus, & cretæ nec colore nec materiæ fragilitate admodum diſſimilis. (*q*) Durior ab initio fuiſſe videri poſſet, exeſus poſtmodum abundante materia nitroſa, cum vix vero videatur ſimile, veteres monumentis æternum (ut credebant) duraturis, materiem ſelegiſſe adeo fragilem minimeque ætatem laturam. At neque abſonum erit credere, id genus lapidum (aliis præcipue deficientibus) huic inſtituto ideo commodiſſimum viſum quod facilius admitteret curam & manus ſtatuariorum, neque

De creta Britannica.

q) Niſi idem hic lapis, de quo *Plinius Hiſtor. Nat. lib.* 36. c. 22. cujus verba, in quæ commodum incipimus, cum jam ſub prelo ſudaret Diſſertatio noſtra, hic legere non pigebit: *In Belgica provincia candidum lapidem ſerra, qua lignum faciliusque etiam, ſecant ad tegularum & inbricum vicem: vel ſi libeat, ad quæ vocant pavonacea tegendi genera.*

Digitized by Google

que peritia adeo magna, nec magno numero in provinciis longe diſſitis, obviorum. *Britannicæ* autem *fodinæ cretariæ* jam *Plinio notæ* vid. l. 35. c. 17. *Hiſtor. Nat.* omiſſæ aut ignoratæ *Dioſcoridi*, Ætio & Paulo, qui plura tamen terrarum cretarumque genera recenſent. JCtis *cretifodinæ* l. 13. ff. de public. & l. 77. ff. de verb. Sign. Numerabat Celeberrimus Johannes Woodward M. D. jam anno 1716. 3000. foſſilium genera quæ Britannia ſuo ſino, ſuis viſceribus fovet ac gignit. Notat etiam *Reineſius Ep. ad Daum.* 62. p. 166. in colle inprimis cui Sorbiodunum ſeu vetus Sarisburia inſidebat, magnam extare cretæ copiam, indeque in alias terras exportari. Unde verſificator Anglus:

Eſt ibi defectus lymphæ ſed copia cretæ
Sævit ibi ventus ſed philomela tacet.

Ab eodem ſitu Sorbiodunum tanquam aridum collem ex Hebræo dictum ibidem putat. Candidi etiam & cretacei Angliæ montes oræ maritimæ qua vergit ad meridiem, creta ipſa variis nigri ſilicis diſtincta ordinibus; nec diſſimile Galliæ littus oppoſitum, quod alios induxit, ut Angliam olim Galliæ cohæſiſſe augu-

augurarentur. Neque tamen ideo ſententiæ acceſſerim *Thomæ Gale* l. c. p. 43. Nehalenniam præſidem artis calcariæ ſeu cretariæ credentis, quæ ſuos etiam in Britannicis oris habuerit cultores. Deductus hanc in opinionem Vado fluminis *Wherf*, (Verbeiam ara ad ripas ejus reperta vocat *ap. eund.* p. 44. & *Gruter.* p. LXXXIX. n. 7.) quod accolæ vadum *Sanctæ Helenæ* appellant infra Wetherbeiam oppidum, pro vado Nehalenniæ ut ipſe ſuſpicatur. Paulo enim durior correctio, ut taceam, nullam hujus muneris in aliis inſcriptionibus, quas allegavimus, occurrere mentionem. D. Helenæ etiam a Pontificiis fontes Sacratos, vel Thiſæ ante dicata ſcaturigo prope Fridericiburgum Zelandiæ in pago *Thiſewelde* edoceat, quæ *D. Helenæ* ſacra multos allicuit morborum variorum medelam undarum ejus uſu ſperantes, teſte *Stephanio not. ad Saxonis Gramm. Hiſt. Dan.* p. 144.

Britanniam velut novum orbem conſiderabant veteres.

§. XLVII. Negotiatorem autem e Britannia advectum votique compotem ob merces itinere tam ancipiti conſervatas ſacra feciſſe nemo mirabitur, qui exigua eo tempore nauticæ

ticæ artis incrementa penſitabit. Britanniam præterea veteres imprimis Romani, velut novum orbem ante ignotum conſiderabant. Unde *Eumenes Panegyr. Conſtant. Cæſaris de ſubacta penitus Britannia: Gloriare tu vero Princeps invicte, alium te orbem terrarum reperiſſe.* Addit: *Nulla progrediendi cauſa ſupereſt, niſi ſi, quod natura vetuit, fines ipſius quærantur Oceani.* Et Britannus quidam *ap. Tac. in vita Agricolæ* patriam appellat *terrarum ac libertatis extremos receſſus.* Subjungit: *Nulla jam ultra gens, nihil niſi fluctus & Saxa.* Quæ ſatis demonſtrant ſupervacaneum eſſe curam & emendationem *Bentleji in Horat.* l. 1. Od. XXXV. v. 29. *Ultimos, oro, Brittannos*, legendum putantis. Neque enim aut ſenſus reique veritas pro temporum illorum perſuaſione, aut verborum ordo obſtat, quo minus in uſitata conquieſcamus lectione: *Ultimos Orbis Brittannos*, præſertim cum etiam *Virgil. Æneid. 8. Morienos* appellet *hominum extremos.*

Dubium ſolvitur de literis & verbis latinis in inſcript. Deæ Ger.

§. XLVIII. Romanis literis autem ac verbis inſcriptos lapides hoſce nemini mirum videbitur vel levi rei antiquariæ doctrina tincto. Ignoraſſe videntur Germani primævi

mævi hunc morem ſacrorum, quo monumentis publicis voti ſoluti gratique animi documenta dabant gentes moratiores. Simplicior antiquisſima illorum Theologia, quæ Deos nullis parietibus cohibendos, ſincero corde ſilentioque colendos inſigniebat. Statuarii præterea Romani fere ſemper & Roma acciti, qui vel barbaræ Germanorum linguæ ignari, vel alia uti nolebant, quam quæ populo, tot gentibus imperanti familiaris & vernacula. Locus etiam ſtatuendi aram non niſi publico permiſſu eligebatur, unde frequens formula L. D. D. D. Locus datus Decurionum Decreto. it. ex D. D. ex Decreto Decur. & L. D. S. C. Locus Datus Senatus Conſulto. Accedebat Romanorum cura, qui omni opera in id incumbebant, ut in terris dominio ipſorum adjectis, latinæ linguæ ſtudia efflorescerent. Quod autem præcipuum eſt, Romani ipſi ſacra Germanorum avide amplectebantur, vel quod interpretatione quadam ſæpius incongrua Romana faciebant, vel cœca ſuperſtitione inducti, cui nil tam abjectum ac imbecille, in quo compellente necesſitate, præſidium non putet collocandum, vel denique

manorum uſurpatis.

que ut hac ſacrorum veluti communione eo facilius barbari jugo aſſueſcerent, quod vix æquo animo patiebantur libertatis tenacisſimi.

Ambactbius & liſſio Germani.

§. XLIX. Romani certe plerique, qui Nehalenniæ memoriam aris ac monumentis ad nos transmiſerunt, quod nomina loquuntur. De *Ambactbio* inſcript. §. 23. res non adeo plana. *Ambatus* quidem nomen proprium viri Romani *in inſcript. Grut.* p. DCCII. n. 7. at patrias etiam Zelandorum ac Germanorum admittit origines. Neque album, quod ajunt, calculum adjicere poſſumus *Salmaſ. not. ad Vopiſci Carinum Imp.* c. 16. p. 325. qui in eo eſt totus, ut Latinis hanc vindicet notionem ſolis. Habeat Latium Ambactos ſuos, habent etiam Terræ Celticæ, Germanicæ atque Arctoæ, cujus rei perſpicua ſane documenta vel ſola *Ulphilæ verſio Evangel. Gothica* ſiſtit. Ibi enim *ambat*, ſervum, miniſtrum notat locis perquam frequentibus, ut: *Tharuh ſtot hun ſkalcos jah andbahtos haurja vaurkjandans*, ſtabant autem ſervi & miniſtri ad prunas. *Joh.* c. 18. v. 18. *Galithun than thai andbahtos du thaim Auhumiſtam Gudjam*, venerunt ergo miniſtri ad Pontifices. Joh.

Joh. 7. v. 45. Inde *Andbahteis*, officii Luc. 1. v. 23. *Andbahtjai*, miniſtrat, Joh. 12. v. 26. *Ambachten*, operari, ap. Willeram. Abb. Cant. Cant. p. 15: *ſie ambechtent themo luide*, cibum vitæ, vid. *Lindenbr. Gloſſ.* voce *Ambaſcia.* In legibus tamen veteribus ſervam tantum dici *ambat* obſervat *Verelius not. ad Gautrecks Saga* p. 20. *Ambatt*, pellex apud *Snorronem Sturleſon Konung Harald Harfagers Saga cap.* 40. *Ambut* ipſe erat labor & moleſtia. Ita S. *Brigitta* in *libello precationum MS.* de Paſſione Chriſti, quem citat *Loccenius Lexic. Juris Sueo-Goth.* hac voce: *För alla the ambudh, med hwilkom thine owini plagade tick*, h. e. pro omni labore & moleſtia, quibus inimici tui te vexabant. Scilicet Latina vox eſt, Celtica, Germanica, Norvagica, omnibusque Scythicæ linguæ dialectis communis. *conf. Georg. Stiernhielm Gloſſ. Goth.* Magis tamen cæteris quam Romanis in ore & uſu veniſſe veſtigia ejus videntur indigitare. *Ambacht-heeren*, Ambacti Belgis hodienum ſunt dynaſtæ regionis certis limitibus circumſcriptæ. Terræ ipſæ in *Ambactias* diſtribuuntur, & teſtatur *Freherus lib.* 1. *Orig. Palat.* pro in Comitatu Engelberti aliquando in chartis legi in *Engelbrechtes Ambachte*, vel *Ambechte.*

Ambacht Belgis etiam officium, opificium, quæ vox *Kiliano* præfecturam & Jurisdictionem civitatis quoque refert. *conf. du Freſne* hac voce. Deſcendere inde voces *Ambaſcia*, *Ambaſciare*, *Ambaſciator*, non opus eſt, pluribus hoc loco ut definiamus. LIFFIONIS autem nomen inſcript. §. 20. Germanicum eſſe non dubitamus, cum LIFF, etiamnum familiare Zelandicarum inſularum incolis ſit. Idem autem putamus eſſe, quod aliis locis *Lebvinus* ſcribitur, carumque amicum denotat. vide pluribus Celeberr. *Eccardum, de Studio Etymologico linguæ Germ.* c. 4. p. 39. & *Morhof. de lingua Germ.* P. I. c. 7. p. 125. ſeq.

De templo Nehalenniæ. §. L. Sacra autem Nehalenniæ ex ſententia quorundam haud procul Domburgo peracta in templo, ſi ruinas metiaris, ſatis anguſto, dudumque arenis ac fluctibus obruto. Eo enim fere loco apparuerunt fundamenta pervetuſti ſacelli, quæ etiamnum acrius vento mari incumbente disjectis arenis eminere ajunt. Ædicula iſta 12. aut 13. pedes in longitudinem, forma inter quadratam & rotundam intermedia. Adſurgunt e baſi columnæ modo quatuor, modo binæ, eæque vel plane

vel

vel in cylindri modum effictæ rarius ſtriatæ. Atque his arcuata fere moles ſuperinducitur. Inventi pariter circum arborum trunci ac radices, argumenta luci ſacri ibi pro more Germanorum olim plantati. vid. *epiſt. Anon. ap. Matthæum* l. c. *Lotich. Theatr. Eur.* l. c. *Blancard. epiſt. cit. Reineſ. Synt. inſcr.* l. c. Negat *Vreedius*; *Corn. Boot* memorat lapides hoſce detectos fuiſſe in formam rotundam tanquam altaria in templo diſpoſitos. Servat hanc formam Noviomagenſe Sacellum in loco Valkhof dicto, maxima vetuſtate conſpicuum ac a Romanis, ut crediderim, conditum. Neque enim aliis ſacris ſatis commodum. (*r*) Cogitaverant Anno 1672. & ſubſequente Galli de convertendo hoc ſacello in templum ſacris militum inſerviens, ſed mutata belli facies ſuſcepta etiam conſilia evertit.

§. LI. Ignorabant autem veteres Germani templa, eorum uſum non niſi a Romanis edocti. Quare vix certi quidquam de primordiis cultus Nehalenniæ erit ſta-

De fine cultus Nehalenniæ.

T 2 tuen-

r) Quamvis initiatum ſacris Chriſtianis a Leone Pontifice vid. *Schlichtenhorſt Hiſtor. Geldr. Belgice ſcript. pag.* 35.

tuendum, qui forte longo tempore ante incolarum animos tenuit, quam templo & aris honori ejus fuit proſpectum. Nec tempus, quo deſiit, facilius definiendum. Si tamen in re tam obſcura conjectare licet, Willebrordum ſacra ejus & cultum plane ſuſtuliſſe credemus. Adventus ejus in inſulam Walachriam incidit in annum 694. Idola ibi confregiſſe omnique conatu id egiſſe, ut quæ reſtabant, gentiliſmi ſpurcitias eradicaret, teſtatur *Martyrologium Gallicum Sauſſai*, (qui tamen perperam Walachriam appellat Valachiam,) *Molanus Natal. Sanctor. Belg.* 7. Nov. *Alcuinus in vita ejus*: *Willebrordus Boſſchærts de primis veterum Friſiorum Apoſtolis Diſſ.* 1. *ſeq.*

Primi gentium converſores templa etiam deſtruebant.

§. LII. Solenne autem erat primis gentium præcipue noſtratium converſoribus, ut idola non tantum tollerent ſed templa etiam Ethnica penitus deſtruerent. Præcipit hoc *Concilium Africanum. Can.* 25. *ap. Franc. Pithœum Cod. Canonum Veteris Eccleſ. Romanæ* p. 150. Conf. *Cod. Theodoſ. Tit. de paganis ſacrificiis & templis* leg. 25. *Idem Concil. Epaonenſe Anno* 517. Can. 33. *de baſilicis hæreticorum ſtatuit.*

§. LIII.

§. LIII. Anglis ad fidem converſis cenſuerat Gregorius M. fana idolorum deſtruenda; qua de re Edilbertho Regi ſcripſerat. vid. *Greg. M. Opera edit. Lut. Pariſ.* T. II. *lib.* XI. *cap.* 66. p. 1166. At mutata mox ſententia convenientius judicavit, ut templa manerent. Quare ad Mellitum Abbatem ad convertendos Saxones in Britanniam advectos miſſum ſcribit, quod fana idolorum deſtrui in eadem gente minime debeant: ſed ipſa quæ in eis ſunt idola deſtruantur, aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aſperga-tur, altaria conſtruantur, reliquiæ po-nantur. Quia ſi fana eadem bene con-ſtructa ſunt, neceſſe eſt, ut a cultu dæ-monum in obſequia veri Dei debeant commutari; ut dum gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum co-gnoſcens ac adorans, ad loca quæ con-ſuevit familiarius concurrat. Extat *Epiſt.* hæc quam integram alibi commentabimur *Oper.* T. II. l. c. p. 1176. ſeq. ap. *Bedam Hiſtor. Eccl.* l. 1. c. 30. *Baron.* T. VIII. ad a. 601. p. 151. *conf.* p. 105. ſeq. Eadem fuit *Auguſtini* mens *Epiſt.* 47. *ad Publicolan. Oper.* T. II. *edit. Lut. Par.* p. 111. *cum templa, idola,*

Quod durum nimis aliis viſum.

idola, luci - - - - in honorem veri Dei convertuntur, hoc de illis fit, quod de hominibus, cum ex ſacrilegis & impiis in veram religionem convertuntur. Conf. Theodoretus de curandis Græcorum affectibus, ſermone 8. de Martyribus & Libanius Antiochenus pro templis gentilium non exſcindendis ad Theodoſ. M. Græce & Lat. a Jac. Gothofredo edit. (*s*) Templa itaque aut manebant ſarta tecta, aut ibi plerumque extruebantur nova, ubi gentilium ſuperſtitio maxime exercita. Sic S. Amandum legimus Sect. VII. Monaſteria & Eccleſias ſtruxiſſe, ubi fana deſtruxerat, & de S. Bonifacio idem teſtatur *Anonymus Presbyter S. Martini ap. Trajectinos in vita S. Bonifacii. Act. SS. Antwerp. d. V. Jun. qui memorat, quod in locis, a quibus ſupra dictas vanitates* (idola) *expulerat, illico monaſteria inclita & baſilicas eximias, altaria quoque divinis ſacrificiis conſtruxerit, ibique invocari inſtituerit nomen Dei vivi, ubi mortua idola ab indigenis eatenus colebantur.* Conf. *Adam. Brem.*

s) Nec improbandum Gregorii M. conſilium unde non potuit non maxima in Eccleſiam utilitas redundare. Conveniebat enim illis temporibus, quod habet *Epiſtola Epiſcoporum Ponti ad Leonem Imp. poſt Chalcedonenſe Concilium: Scilicet piſcatorie nobis eſt agendum non Ariſtotelice.*

Digitized by Google

Brem. Hiſtor. Eccl. l. 2. c. 33. Ita in loco, ubi celebre Upſalienſium templum, trium Deorum cultui dicatum ſteterat, eliminata omni idololatriæ ſpurcitia, ædificata eſt Eccleſia Beatiſſimæ Trinitatis, teſte *Erico Olao Hiſtor. Suecorum Gothorumque* p. 4. Idem obſervatum Willebrordo ac ſociis ejus, vid. *Baron. Annal.* T. VIII. ad a. 697. p. 631. quod perſuadere poſſet, Nehalenniam eodem fere loco cultam, quem Domburgum hodie occupat, cujus nomen hac ratione perperam deducitur a collibus maritimæ oræ circumplantatis, velut Duyneburg dictum. *Sim. v. Leeuw.* l. c. p. 142. *Smalleg.* l. c. p. 631. Burgum hic fuiſſe antiquitus ipſum nomen præ ſe fert, at Domburg demum a S. Willebrordo nominatum videtur, qui ſublatis idololatriæ reliquiis templum ibi forte condidit, & locum ita appellavit velut Dominicum burgum. Fuit autem Dominicum primis Chriſtianis templum Domino ſive Chriſto ſacrum, unde remanſerunt vocabula Dom pro ſummo templo, Dom-Herren, alibi explicanda. Inde eſſe puto, quod Neptuni caput repertum a reliquo corpore ſeparatum, inde & Nehalenniæ aræ multis partibus mutilatæ, cum vero non ſit abſimile, has aras & ſtatuas a populo

templo ereptas in Oceanum vicinum, ubi fortaſſe profunditas quædam erat, fuiſſe injectas. Egregie hanc conjecturam illuſtrat locus in *vita S. Juliani a Gregorio Archiep. Turonenſi conſcripta ap. Sur. Act. Sanct. ad d. 28. Aug.* T. IV. pag. 313: *Gentiles baptizati ſtatuas, quas coluerant confringentes, in lacum vico amnique proximum projecerunt.* Fred. de *Witt in Fabula Geographica* Comitatus Zeelandiæ, locum Templo Nehalenniæ medio fere itinere mare inter & Domburgum aſſignat, conjectura ſane non improbabili, quod ex dictis patet. Ante adventum tamen Willebrordi jam quodammodo labefactata procul dubio Nehalenniæ autoritas Chriſtiana veritate mature ſatis terris hiſce illata. Quare mirandum non eſt, nummos Romanos eo loco repertos non ultra tempora Seculi II. & III. aſſurgere, ſunt enim plerique Trajani, Sept. Severi, Caracallæ, &c. Accedebant canones Eccleſiæ Regumque leges, ſacra ad fontes & flumina ſeveriſſimis pœnis coërcentes. Perfecit tandem luce Evangelii latius diffuſo, tenebrisque idololatriæ depulſis Willebrordus, quod priora ſecula inchoaverant in Nehalenniæ cultu, cujus finis Exercitationi etiam noſtræ modum imponit ac finem.

GERMANIA

GERMANIA GENTILIS
S. DE DIIS VETERVM CELTARVM GENTIVMQVE SEPTENTRIONALIVM
LIBRI III.

Proleg. *De ratione inſtituti & Scriptoribus huc pertinentibus.*

LIB. I.

Exercit. 1. *De ortu & progreſſu idololatriæ in genere agitur, Religione Germanorum &c. contra Cæſarem aſſerta.*

2. *De Diis Univerſalibus veterum Germanorum in genere.*

3. *De cultu Solis apud Celtas & gentes Septentrionales.*

4. *De cultu Lunæ.*

5. *De Odino ſ. Wodino.*

6. *De Thorone, Jove Taranuco, Tanaro, Seranico, Deo Brontonte, Fulguratore. &c.*

7. *De Tuiſcone, Dite Gallorum &c.*

8. *De Manno.*

9. *De Frea, Frigga &c. ſexu Deorum.*

10. *De Hertha, Rheda, &c.*

11. *De Heſo, Coſoſo, &c. Aſis.*

12. *De Irmenſula.*

13. *De Hercule Celtarum, Ogmio, Apotheoſi &c. & Herculis columnis in Friſia.*

14. *De progreſſu idololatriæ Romanæ in terris Celticis & Septentrionalibus.*

LIB. II.

1. *De Diis Topicis in genere, iisdemque Germanorum in ſpecie.*
2. *De Aghone Deo; Jove Alanico, Marte Accitanorum.*
3. *De Alci Naharvalorum, Andraſte ſ. Andate Britannorum, Genio Municipii Antik. Genio Arvernorum &c.*
4. *De Ardoina Dea.*
5. *De Dea Aventia.*
6. *De Bacurdo, Bedaio &c.*
7. 8. *De Beleno, Abellione, Beladucadro, Minerva Beliſama, Biele, Bellocaſſenſibus, Endovellico, Tibileno, &c.*
9. *De Deo Bergimo, Pennino, Diis Vici Brigantum, Boccone, &c.*
10. *De Minerva Cabardiacenſi.*
11. *De Camulo.*
12. *De Jove Candiedone, genio Canabenſium, Marte Ciradino.*
13. *De Dexivia, Dulovio.*
14. *De Foſete, Deo Fróo.*
15. *De Apolline Granno.*
16. *De Hludana.*
17. *De Kernunno.*
18. *De Latobio, Jove Latico, Marte Leucetio, Leva Dea.*
19. *De Mogonte Deo, Moritasgo.*
20. *De Matribus & Matronis in genere: de Ma-*

Matribus Auguſtis, Dominabus, Campeſtribus, Omnicinis &c.

21. *De Velleda, Ganna, Aurinia, jetta, &c.*
22. *De Matribus Aufanis, Heris Auſcarum, Matribus Comedovis, Matronis Gabiabus, Matribus Gallaicis, Matronis Gerudatiæ, Mopatibus, Matribus Rumæhabus, Suebis, Treveris, Vaptiabus, Matronis Vediantiabus.*
23. *De Dea Nehalennia.*
24. *De Nymphis* in genere *Griſel. Varcilenſibus, Brigantum, Britonn.*
25. *De Genio Naſcanienſ. Dea Norcia, Nouno.*
26. *De Deo Nemauſo.*
27. *De Ogmio Gallorum.*
28. *De Oſtera Dea, de igne Paſchali, igne fricato, &c.*
29. *De Ovana Gallorum.*
30. *De Rettone. Numine Rheni.*
31. *De Genio oppidi Sabetani, de Marte Segomone, Genio Municipii Seguſini.*
32. *De Appolline Sianno, Deo Solimara, Stuffone, &c.*
33. *De Genio Talliatium, Genio Col. Tarrac. de Tanfana, de Genio Pagi Tigorini.*
34. *De Dea Tritia, Deo Togote, Thorgerda & Yrpa Deabus.*
35. *De Verbeja, Verneja, Verjugodumno, Deo Vincio, Vitirineo, Voſego, Mercurio Walachrorum, Vaſione.* 36.

36. *De Diis ignotis Celtarum, gentiumque Septentrionalium.*
37. *De Diis ſuppoſititiis & falſo gentibus hiſce tributis:*
De Alemanno.
Berecynthia, Dea Bibracti, Borvone, Buſtero.
Caſtore & Polluce, cæterisque a Romanorum Theologia accitis. De Ciſa, Crodone. Diſa.
Epona.
Hama, Hammone.
Iſide.
Kruzmanna.
Hercule Maguſano, Saxono, Hercule Deuſonienſi, &c.
Voliano. &c.

LIB. III.

1. *De Druidibus, eorumque moribus & inſtitutis in genere.*
2. *De Bardis, barritu, carminibus veterum, Danorum Scaldris, de monumentis Emezheimenſibus.*
3. *De lingua, ſedibus Druidum, eorumque reliquiis.*
4. *De tumulo Chyndonactis ſuppoſititio.*
5. *De viſco Druidum, de Samolo, herba Selagine, ovo anguino, cultu ſerpentum.*
6. *De*

6. *De Computo veterum Celtarum & Germanorum imprimis, de nominibus menſium & dierum.*
7. *De immortalitate animarum a Druidibus aſſerta. an Trinitatem, reſurrectionem &c. inter dogmata numerarint? Neg. De transmigratione animarum, qua ratione iſta noſtris temporibus defenſa.*
8. *De Alorunis, Barginnis, Senis, &c.*
9. *De Sacrificiis univerſalibus & particularibus.*
10. *De ſacrificiis humanis.*
11. *De commeſſationibus, nundinis, ludis poſt ſacrificia Univerſalia: De ſpurcalibus in Februar. De Hinnicula & cervolo, &c.*
12. *De templis, aris & ſimulacris veterum Celt. &c.*
13. *De more adorandi.*
14. *De lucis, arboribus votivis. De Jove Fagutali, de Jovis quercu in Haſſia, de ſylva Arduenna, nemore ſacro, Baduhennæ lucu, arboribus ſubterraneis, &c.*
15. *De uſu lucernarum, cornuum &c. in ſacris.*
16. *De veneratione ſalis, & bellis ob ſalinas exortis de ratione ſalis conficiendi apud veteres Germ.*
17. *De cultu fontium, montium.*
18. *De cultu bovis.*

19. *De*

Digitized by Google

19. *De paganis veterum obſervationibus, de Synodo Liptinenſi, de incantationibus, ligaturis, auguriis, lunæ defectione, obſervatione in foco, tempeſtatibus, de Orig. & progreſſu pœnarum in ſagas.*
20. *De Telesmatibus.*
21. *De metallicis dæmonibus, de ſpectris montium Alf dictis, de Dæmone meridiano, de Duſiis, de ſacrificiis nocturnis. De umbraticis, &c.*
22. *De Judiciis Druidum, de conventibus ſub dio, de campo Madio.*
23. *De juramentis veterum Celtarum.*
24. *De Origine Sortium. De Duello. De Origine ſortis & judicii per crucem, per S. S. ferrum candens, aquam frigidam & calidam, per panem hordeaceum vel caſeum. De ξαβδομαντίᾳ veterum Friſiorum. De Orig. & progreſſu virgulæ Mercurialis.*
25. *De ritu ſepeliendi mortuos ap. Celtas & Germanos imprimis. De obeliſcis ſepulchralibus Septentrionalium.*
26. *De converſione templorum gentilium in Chriſtiana.*
27. *De reliquiis gentilismi inter Celtas Septentrionalesque Chriſtianos.*

DE VISCO

DE
VISCO
DRVIDVM

DISSERTATIO

AD CELEBERRIMVM
D. JACOBVM DOVGLAS,
MEDICVM LONDINENSEM
ET SOCIETATIS REGIAE
SOCIVM.

Digitized by Google

VIR NOBILISSIME AC DOCTISSIME.

SVmma diligentia, qua viſci naturam proprietatesque feliciter perquiris, in eam ſpem me adducit fore, ut benigna fronte accipias hiſtorica nonnulla de Druidum circa viſcum ſuperſtitionibus, &c. Primus autor, qui ea de re memoriæ quidquam nobis tradidit, *Plinius* procul dubio eſt in Hiſtoria Naturali, cujus loca ubivis exſtant obvia (*a*) Libri XVI. imprimis caput XLIV. fuſius exhi-

a) *Lib.* 16. c. 44: *Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) viſco & arbore, in qua gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronte conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimvero quidquid adnaſcatur illis, e cœlo miſſum putant ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque his facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epulisque rite ſub arbore præparatis duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc*

Digitized by Google

exhibet rationem, qua Druides ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque iis faciebat, donum illud, quod cœleſte credebant, & ſine quo ſacra ulla perficere nefas fuiſſet, legebant. Cujus rei non obſcura veſtigia etiamnum reſtant tum in Germaniæ nonnullis tractibus, (de quibus mox dicendi locus erit) tum in Gallia & Aquitania imprimis, ubi quotannis pridie Calendas Januarias pueri atque adoleſcentes vicos villasque obeunt, carmine ſtipem petentes ſibique atque aliis pro voto in exordio novi anni acclamantes AU GUY L'AN NEUF, V h. e.

primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demittit, candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes, ut ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicunque animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt. Idem lib. 24. cap. 4: *Viſcum e robore præcipuum diximus haberi, & quo conficeretur modo &c. Quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore ſine ferro. Si terram non attingit, comitialibus mederi. Conceptum fœminarum adjuvare, ſi omnino ſecum habeant. Ulcera commanducato impoſitoque efficaciſſime ſanari.*

Digitized by Google

h. e. ad viſcum novus annus adeſt, qua voce etiam non ſolum tempus illud ſed & donum acceptum denominant; more hoc etiam apud plebem ruſticosque homines nondum exoleto. (*b*) Quo loco non prætereundum puto, omnes fere, qui de Druidibus aut viſco eorum quidquam typis mandarunt, ad verſum quendam provocare *Ovidio*, ut ſcribunt, memoratum:

Ad viſcum Druides, Druides clamare ſolebant.

auſim

b) *vid. Hotomann. not. ad Jul. Cæſ. de B. G.* l. 6. *Sebaſtianus Rouliard in libro: Parthenie ou Hiſtoire de la trés auguſte & tres devote Egliſe de Chartres dediée par les vieux Druides en l'honneur de la vierge qui enfanteroit &c. à Paris* 1609. 8. p. 53. *Petrus Leſcaloperius de Theologia veterum Gallorum*, p. 732. quæ ſchedæ ſubjunctæ ſunt *Commentario* illius *in M. Tullii Ciceronis opus de natura Deor. Pariſ.* 1660. fol. *Andr. du Cheſne Antiquités des villes, chateaux &c. de France* p. 253. *Guil. Paradini Memoires de l'Hiſtoire de Lyon.* 1573. fol. l. 1. c. 21. p. 27. *Cæſar Egaſſius in Hiſtoria Univerſitatis Pariſienſis* fol. T. I. p. 13. ſeq. *Scipione Dupleix Memoires des Gaules*, fol. l. 1. c. 16. p. 44. *Goſſelin. Hiſt. vet. Gall.* p. 72. *Favyn Hiſtoire de Navarre*, fol. p. 267. *J. Piccard.* l. 1. *de Celtopædia, a quibus non multum recedit Antonius de Leſtang in Hiſtoria Gallorum* p. 33. *qui Druides ipſos clamaſſe credit AU GUI GAULOIS, h. e. ad viſcum Galli.*

Digitized by Google

auſim tamen affirmare, Poëtam hunc nunquam de eo verſu cogitaſſe, atque non niſi nimia oſcitantia Autorum alios incogitanter exſcribentium verſum Ovidio tribui nullibi in operibus ejus legendum. In ſuperiore Germaniæ parte, ea præcipue quæ ad Almonam flumen vergit Marchionatu Onolsbacenſi comprehenſa, cujus incolæ plurimas Gentiliſmi reliquias retinent, regio etiam ipſa multis Druidum veſtigiis abundat, tempore adventus Chriſti ſive media hyeme (c) vulgus per vias & pagos eurrit, malleisque pulſat fores & feneſtras indeſinenter clamans: GUTHYL, GUTHYL, quod quidem non ſalutem per Chriſti adventum partam indicat, quaſi diceres: *Gut heyl*, bona ſalus; multo minus fictitiam ſanctam *Günthildem*, quam ruſtici illius tractus miris fabulis ac nugis celebrant, ſed nomen ipſum viſci eſt. *Plinius* enim l. c. expreſſis verbis ait, illud Druidum lingua (quæ Gallis, Germanis, Britannis aliisque Septentrionalibus fere communis nec niſi dialectis diſcrepans erat) vocari *omnia ſanans*, quod voce *Guthyl* vel *Guthheyl* aptiſſime exprimitur, utpote nihil aliud indicante quam *bene* vel *optime*

c) *An Anklopfferleins-Tag.*

ſanans. &c. Illud certum eſt vocem Germanicam *Miſtel* non minus quam Anglicam *Miſteltæ* peregrinæ eſſe originis atque e Latinorum *viſco* formatum. Holſatis finitimisque populis dicitur *Marentaken* ſive ramus ſpectrorum, haud dubie a magica vi, quam nullibi fere non venatores illi tribuunt, querno imprimis, quem fauſtam venationem procurare, vulnera citiſſime ſanare, & neſcio quid non efficere affirmant. Et querceus quidem apud nos rarior, vetuſtiſſimis atque annoſis quercubus, quæ humore abundant, fere ubique exciſis, frequentiſſimus autem in Croatia, nec non obvius in Virginia. (*d*) Illo quem pirus gignit, Natolia abundat, obſervante *Tournefortio in Orientali Itinerario* recens edito, cujus verba hic legere non pigebit. (*e*) Ne vero quis credat Celtas ſolum-

d) cujus rei documentum Celeberrimus Douglas ipſe nobis exhibuit.

e) Les Poiriers ſauvages y ſont couverts de Guy & j'obſervai ſur leurs troncs quelque duro qu'en fut l'ecorce, la premiere germination de leurs graines. Ces graines, qui ont la figure d'un cœur, etoient hors de leurs coëffes & s'etoient attachees par leur glu ſur les troncs & ſur les branches de ces arbres dans le temps que les vents ou quelqu'autre cauſe les faiſoit tomber. Chaque graine

lummodo & occidentem ſpectantes populos ea vel ſuperſtitione vel naturæ cognitione fuiſſe imbutos, operæ pretium erit in medium ea proferre, quæ de Balderi Herois Arctoi ſanguineque Deorum fati morte perhibentur in *Eddæ Islandorum Myth.* XLIII. & in latino ſermone ſequentia continent: *Hoc cum videret Lokus Laufeysonius, invidia ſufflatus* (quod nempe per adjurationem Friggæ Deæ immunis ab omni vitæ diſcrimine eſſet Balderus, *er war feſt*, ut Germanorum ſolennis formula habet) *Fenſalam iter ſuſcepit, ubi Frygga degebat, mulierisque peregrinæ formam aſſumſit. Hanc Frygga interrogavit, an ſciret, quid in foro judiciario potiſſimum Aſæ agerent? Reſpondit mulier, omnes in Balderum absque ulla ejus læſione*

V 3 *& pe-*

etoit couchée ſur le coté, de telle ſorte que la pointe de la radicule commençoit à ſe planter dans l'ecorce, tandis que les yeux de la même graine ſe developpoient & germoient. Tout cela me confirma dans la penſée que j'ai propoſée touchant la multiplication du Guy dans mon Hiſtoire des Plantes qui naiſſent aux environs de Paris. *P. Tournefort Relation d'un Voyage du Levant fait par ordre du Roy. edit. Lugdun.* T. III. p. 309. Turnefortium tamen in iis, quæ ultimo loco de ſitu ſeminis notat, allucinatum eſſe, commonſtrabit Doctiſſimus Douglas.

Digitized by Google

& *periculo jacula mittere. Baldero, inquit Frygga, nec arma, nec ulla ligna damnum inferent.* (*f*) *Juramenta enim ab iſtis in uni-*

f) Non nova ſed vetus perſuaſio eſt, quæ vulgi invaſit mentes, ut credant, arma hoſtilia faſcinis poſſe obtundi, ita ut ab omni vulnere quis posſit eſſe ſecurus & tutus. Veteres Septentrionales id appellabant *at deyffa eggiar*, Dani hodierni dicunt *at doffue Suerd*, Germani noſtri, *Kugeln tauffen*, *feſt machen*. Wiſinnus gladiator omnem telorum aciem ſolo conſpectu hebetem reddere ſolebat ap. *Saxonem* l. 6. p. m. 105. Idem de Haquino pugile refert l. 7. p. 122. conf. l. 4. p. 66. Eandem notitiam jactat autor Capituli Runici, quem alii Odinum, alii Socium quendam illius perhibent. De Æſtiis *Tacitus in libello de Moribus Germanorum: Matrem Deum venerantur: inſigne ſuperſtitionis formas aprorum geſtant. Id pro armis omniumque tutela ſecurum Deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat.* Neque Romani ac Græci ab ejusmodi ludibriis & nugis fuere immunes &c. Septentrionales veteres in hunc finem adhibebant baptiſmatis vel luſtrationis per aquam ſpeciem. Ita enim *Runa Capitule cap.* 21.

Thad kann eg hit prettanda,
Eff thegnum vngumm verpa skal
Eg vatne á, munat her falla,
Thott er hann i folk kome
Hnygrat sá halur fyrer hiorumm.

universum accepi, præter arbusculam ad latus occidentale Valhallæ crescentem, quæ

V 4 *MISTIL-*

h. e.

Illud decimum tertium novi
Si tenerum puerum aqua adspergam,
Non in armis occumbet
Quamvis in aciem veniat
Non cadet vir ille ferro.

Inde procul dubio est, quod in *Snorronis Sturlesonii Konung Harald Haërfagers Saga*, sive Historia Regis Haraldi Pulchricomi cap. 40. habetur de Sigurdo Jarlo gentili: *Þa lago om Nottina viþ Land þar ol þora barn uppia Hellonni viþ bryggio sporþ þat var Sveinbarn. Sigurþur Jarl jos Sveirn vatni oc kallaþi Hacon eptir feþur sinum Haconi Hlaþa Jarli.* h. e. Cumque noctu ad litus navem applicuissent, ibi supra petram juxta pontis latus prolem masculam enixa est Thora, cui mox aquam superfudit Sigurdus Jarlus, & ex nomine patris Hakonis, qui Jarlus erat Ladensis, cognominavit. Pari modo Astridis mater Olai Tryggwonis filii ad insulas delata, ibi prolem masculam enixa est, cui aqua superinfusa Olavi nomen imponebatur. vid. *Snorre Konung Olaf Tryggwa Sons Saga cap. I.* Et de Gormi, reguli Jutlandiæ ministris, ut vinum mercarentur, missis sequentia addit *versio Danica Snorronis pag.* 223: *Som the nu lage och wakte om natten horde thett Barn grata, och om morgonem funde the thet swept uti Silke, och rena linklader, och tre Gull-*

Digitized by Google

MISTILTEIRN appellatur. Nam hæc mihi perquam juvenis videbatur, a qua jusjurandum

ringar wore bundne i en knut, uti Linkladerna. The forde Barnet hem til konungen; och han lat thet dopa efter hednisk satt och vis, och kallade the Knut. h. e. Hic (in ſaltu Morkved) excubias agentes nocturnas, infantem vagientem audiunt, quem illucente die ſericis faſciis atque linteolis ſubtilioribus involutum repererunt, quibus annuli terni nodis implicati erant. Hunc ſublatum ad Regem detulerunt, qui *more Ethnico eum baptizari* curavit atque Canutum appellavit. conf. *Olaf Tryggwa Sons Saga* c. 48. & patrum memoria Livones infantes baptismate Chriſtianorum ſacris initiatos, gentili luſtratione ſua iterum conſpurcabant teſte *Oleario Itiner. Perſ.* l. 2. cap. 9. Quo pertinet *Gregorii Pontificis Epiſtola* CXXII. ad Bonifacium Germanorum Apoſtolum: *Eos etiam, qui ſe dubitabant fuiſſe baptizatos, vel qui a Presbytero Jovi mactante & immolatitias carnes veſcente baptizati ſunt, ut baptizentur præcipimus.* Et paulo ante: *quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti, ſi ita habetur, ut denuo baptizes in nomine Sanctæ Trinitatis, mandamus.* Forte etiam criminum & facinorum ablutionem tali lavacro ſibi pollicebantur, qualem vim aſperſioni quoque ſanguinis ex hoſtiis collecti tribuebant. Ejusmodi luſtrationes enim aqua peractas plerisque gentibus ante ſacra Chriſtiana orbi terrarum

Digitized by Google

randum exigerem. His auditis mulier illa diſparuit. At Lokus arbuſculam Miſtilteirn eruens ad forum properavit. Hoderus autem in extremo adſtitit circo, quia lumi-

V 5 *nibus*

illata in uſu fuiſſe, conſtat. Judæorum hac in re inſtitutum jam ab aliis illuſtratum eſt, & exemplo Pilati aqua manus abluentis quodammodo probatur. De Romanis *Ovidius* teſtatur *Faſtor. lib.* 2:

O nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

conf. *Macrob. Saturn.* l. 3. c. 3. *Virgil. Æn.* l. 2. & 6. & *Ambroſius lib. de ſacramentis cit. Magdeb. Cent.* 4. c. 4. ſcribit: *multa ſunt baptismatum genera, ſed unum Baptisma dicit Apoſtolus. Gentium baptismata ſunt tantum lavacra; caro lavatur, non culpa dimittitur.* conf. *Hugo Grotius in Matth.* 27. v. 24. p. 482. De baptismate infantum in America & Aſiæ partibus conſuli poteſt *Joſ. Acoſta lib.* 5. *Hiſt. Ind. Occid. cap.* 24. *Fabron.* P. II. *Hiſt. Mundi novi* l. 1. n. 5. p. 41. *Urſinus Vol.* I. *Annal. Sac.* l. 6. n. 24. p. 377. ſeq. Cujusmodi ſuperſtitionis reliquias (ne quid dicam de aqua benedicta ſive luſtrali) apud nos hodieque deprehendimus in mulierculis aquam baptismatis ad uſus ſuperſtitioſos, curam morborum, ſterilitatem fœminarum propellendam &c. adhibentibus tam avide, ut pecunia inducant ædituos in criminis ſocietatem, qui merito arbitraria pœna, relegationis vel carceris coërcentur. conf. Carpzov. Deciſ. Illuſtr. Saxon. P. II. Deciſ. 185.

Digitized by Google

nibus captus erat. Hunc adortus Lokus, cur, inquit, in Balderum tela non dirigis? quia, ait alter, cæcus ſum & inſuper inermis. Facito, ait Lokus, ad exemplum aliorum, exhibe Baldero honorem, & hanc in illum virgulam projice; ego ubi ſtet te docebo. Hoderus itaque accepta arbuſcula, Loko manum ejus dirigente, Balderum hoc miſſili transfodit, qui protinus exanimis concidit. Quo ſcelere nullum inter Deos & homines atrocius perpetratum fuerat. conf. *Woluſpa Stroph.* 31. 32. unde ſatis patet, Septentrionales vel ob hanc cauſam divini quidpiam viſco ineſſe credidiſſe, quod Romani etiam ſingulari honore mactabant. vid. *Arnob. lib. 7. Plautus in Bacchidibus. Apulejus Apologia priore*, ubi inter ea, quæ valent ad magiam procurandam, ex verſibus veteris Poëtæ Lelii *aureas ilices* memorat, peſſime laſcivientium Criticorum turba in *aterplices* commutavit. Sunt enim ilices aureæ nihil aliud quam viſcum, quod, quia hieme præſertim flavi ſive ærei coloris eſt, auro aſſimilat *Maro lib. 6. Æneid*:

Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos.

quod Virgilius fortaſis non absque reſpectu

ſpectu ad Druidum mores ſcripſiſſe credendus, eſt. Fuit enim ipſe Poëta Gallicanus, h. e. in Gallia Cis-alpina prognatus & a Gallis transalpinis oriundus. Ratio vero cur Druides tanta religione proſecuti ſint hanc frontem non ſatis in promtu eſt, cum vix crediderim, illius uſum, quem Plinius annotat & nos hodieque experimur in Epilepſia ſive Comitiali morbo (*g*) illis fuiſſe cognitum, cum non niſi in ſacrificiis & rebus ad religionem pertinentibus venenis item pellendis & fœcunditate concilianda adhibitum legamus, niſi huc referre velimus quod habet *Woluſpa Stroph.* 122:

Elldur vid Sottumm
Eik vid Affbende
Ox vid fiolkynge
h. e.
Ignis morbos creditur pellere,
Quercus curare Stranguriam
Paleæ diſpellunt veneficia.

Riſum meretur non refutationem *Elias Schedius* in libello de Diis veterum Germanorum, qui Germen Jehovæ ſub viſci ſym-

(*g*) de hac viſci præſtantia nuper in lucem prodiit peculiaris libellus: *A Diſſertation concerning Miſletoe: a moſt wonderful ſpecifick Remedy for the Cure of convulſive Diſtempers &c. By Sir John Colbatch, a Member of the College of Phyſician. London* 1719. 8.

Digitized by Google

ſymbolo fuiſſe indicatum aſſerit pag. 411. Magis etiam inſanit *Seb. Roulliard* l. c. p. 51. qui Chriſtum cruci affixum eo indigitatum nugatur. Quemadmodum enim viſcum alieno arbori infixum brumali tempore legatur, candida veſte excipiendum, fructuumque ſuavitate aves alliciat; ita Chriſtum tempore Solſtitii hiemalis natum, poſtea vili alienoque ligno fuiſſe adfixum, inde autem ſublatum & albis linteis involutum ſua ſepultura & reſurrectione omnes animas eſurientes ad ſe pertrahere. Neque alia ex ratione quam odio erga Chriſtianos *Plinium* ſuſpicatur omiſiſſe nomen viſci *Panchreſton*, ejusque loco *omnia ſanans* ſubſtituiſſe. Neque etiam Jurisprudentiam a Druidibus ſub viſci ſimulacro fuiſſe adumbratam cuiquam perſuadebit *Oratio Franciſci Meinardi Friſii* in Academia Pictavienſi habita. 6. Idus Octobr. 1609. atque ibidem impreſſa 1614. 8. quæ cum rarior ſit, nobisque poſt longam perquiſitionem demum a Celeberrimo *Stephano Baluzio* communicata, breviſſimis momenta Sententiæ ejus expendemus:

I. Quercus eſt Jovis ſymbolum.
II. Druides viſcum legebant.
I. Jupiter eſt Juris & juſtitiæ pater.
II. Druides jus dicebant. III.

III. Querneum imprimis.

III. Priſci legislatores ante æris uſum leges ſuas ἐν δρυΐναις σανίσι ſive querneis tabulis incidebant. Dionyſ. Halic. l. 3. Tribunalia etiam quernea erant.

IV. Viſcum e cœlo demiſſum credebant.

IV. Lex cœlo demiſſa.

V. Viſcum non ſua ſeminat arbos.

V. Juris notitiam legumque prudentiam Deus largitur etiam non ſuis.

VI. Viſcum hiberno tempore matureſcit.

VI. Veteres hiemali tempore judiciis vacabant.

VII. Sacerdos candida veſte legit viſcum.

VII. Juris interpres ſumma perſpicuitate leges explicat.

VIII. Aurea falce demetitur.

VIII. Aurea falx ſtipendii ſive honorarii Profeſſorii ſignificationem habet.

IX. Sago candido

IX. Mente candida & ſin-

Digitized by Google

excipitur.	& ſincera auditorum doctrina Juris excipitur.
X. Viſcum prodeſt contra omnia venena.	X. Jurisprudentia prodeſt contra fraudem, dolum, furta, rapinas, latrocinia, adulteria &c.

Quæ quam frivola ſint nemo non perſpicit.

Ut igitur meam ſententiam expromam, non aliunde viſco, querneo imprimis tantum venerationis obtigiſſe exiſtimaverim, quam a cultu quercuum ipſarum &c. (*b*) Unde Druides etiam, qui *fideles Domini* nomine proprie referunt, ob nominis affinitatem hoc ſibi ſymbolum ſtatuebant. *Deru* enim vel *Derw* Celtis quercus erat. Et judicia olim apud nos ſub quercubus habebantur. Vix ſecula aliquot effluxerunt, cum Principes ſub quercubus convenire ſolebant, fœdera percutere, deque controverſiis inter ipſos ortis tranſigere. Tantum majeſtatis atque honoris arbori vel ætas vel immanis magnitudo umbræque ſuavitas pote-

b) de quo cum jam fuſius egerimus ſupra in illuſtratione Monumenti Salisburienſis, nunc quidem prolixiores eſſe nolumus.

poterat conciliare. (*i*) Hæc ſingula fuſiori calamo potuiſſent deduci, niſi Viri Doctis-

i) Cernuntur in terris Megapolitanis prope Dobranum quercus tres annoſæ hodieque dictæ *die Fürſten-Eichen*, h. e. Principum quercus. Triangulari forma poſitæ non niſi in ſummo cacumine ramos diffundunt. Has tamen pulchritudine longe antecellit ea, quæ non ſine ſpectantium admiratione & deliciis ſpectatur in tractu ſilveſtri, *Die Plancken* dicto, haud procul Luchovia ditionis Brunſwico Luneburgenſis, uno milliario Germanico a Gartovia. Surgit ingenti ac recto ſtipite in tantam altitudinem, ut reliquas ejusdem generis arbores multum poſt ſe relinquat omnes, cortice ita juncto & unito, ut plane appareat, nullum unquam ramum inde fuiſſe protruſum. In ſummo demum faſtigio frequentes rami coronæ velut formam ſingulari opere efformant. Meruit certe, ut GEORGIVS WILHELMVS, glorioſiſſimæ memoriæ Dux Brunſwico-Luneburgicus non indignam judicaverit, quam aliquoties videret ſepimentoque juberet circumdari. Vulgus appellat *Die Königs-Eiche*, Regis quercum, item *Den ſchmucken Baum*, pulchram arborem.

Uno & dimidio milliari Germanico ab hac regione vidimus nuperrime in veteri Marchia Brandenburgica duo ſepulchra Gentilia, qualia ſupra delineavimus. Exſtant prope vicum *Hüviſch*, in cujus vicinia etiam urnæ complures eruuntur, quarum una ignoti metalli majori ejusdem materiæ incluſa

Doctisſimi negotia diutius morari nefas putarem. Fave interim, ut hactenus feciſti, Nobiliſſime Douglas, meque Tibi ſemper crede addictiſſimum. Scribebam Weſtmonaſterii Calend. Mart. $171\frac{8.}{9.}$

J. G. KEYSLER.

DISQVI-

hoc anno effoſſa (in Neilingenſi agro) multam ſupellectilem argenteam etiam exhibuit equorum apparatui olim adhibitam. Exſtant nunc cuncta iſta cum urnis duabus affabre cælatis apud me, pignus benevolentiæ ac liberalitatis Reverendiſſimi ac doctiſſimi Davidis Solbrigii, Regiæ Pruſſicæ Majeſtatis Inſpectoris Diœceſeos Seehuſanæ in veteri Marchia. Illud horum monumentum, quod magnitudine lapidum eminet, choream Saxorum XLIV. in exteriori circuitu (CXVIII. paſſuum) habet, in medio XII., quorum VI. transverſim impoſitos tres alios lapides ſuſtinebant. Vidimus ab hiſce non multum abludens aliud ejusmodi monumentum uno milliari a Danneberga, Electoratus Brunſwicenſis, juxta viam, qua itur Ulzenam, & aliud iterum Ulzenam inter & Cellam. Plures ejusmodi ſaxeas moles exhibent terræ Brunſvico-Luneburgicæ, quarum tamen præcipuæ ſunt, quas ſupra memoravimus ſitas non prope *Valenboſtel* (quem errorem ibi erravimus,) ſed in præfectura *Fallingboſtel*, haud magno intervallo a Winſena.

Digitized by Google

DISQVISITIONES HISTORICÆ,

I.

DE INTERDICTO CARNIS EQVINAE ESV.

II.

DE COMPOTATIONIBVS SACRIS MAJORVM NOSTRORVM.

Digitized by Google

I.

§. I.

Carnis equinæ esus apud nos interdictus.

Sæpius subiit mirari, carnem equinam numero earum exulare, quibus ad sustentandam vitam deliciasque palati explendas uti consuevimus. Ut enim taceam pulchritudinem munditiemque hujus animalis, qua inter reliqua omnia eminet; ii etiam qui vel ignorantes vel inviti hoc cibi genere famem satiarunt, saporem ejus gratamque dulcedinem mire collaudant.

Cujus ratio non ex legibus Israeliticis petenda, sed ex Antiquitatibus patriis.

§. II. Qui præcepta divina Israelis populo imposita in partes vocant, quibus equinæ carnis usus, ut aliorum animalium immundorum interdictus erat, novi fœderis oraculo refutantur, mundis omnia esse munda, cum præsertim ab aliis etiam legis hujus, quam ceremonialem vocant, capitibus impune recesserimus. (*a*) Alia igitur ratio fuerit

a) Scilicet cessante ratione legis cessat lex ipsa. Equidem non omnium Legum Israeliticarum rationes in promptu nobis sunt inopia Antiquitatum tum populi electi ipsius, tum

fuerit neceſſe eſt, quæ majores noſtros medii ævi ab eſu hujus carnis revocavit, quam quidem in Antiquitatibus patriis mihi videor inveniſſe.

Equorum uſus tum in auſpiciis & aliis ſuperſtitionibus gentilibus.

§. III. Scilicet apud potiſſimas Europæ gentes & majores præcipue noſtros equorum uſus tum in ſacrificiis tum aliis ad ſuperſtitiones gentiles pertinentibus perquam fuit ſolennis. De auſpiciis equorum teſtis eſt *Tacitus libello de Moribus Germanorum: Proprium inſuper genti equorum quoque præſagia ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac Rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obſervant. Nec ulli auſpicio major fides non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros Deorum, illos conſcios putant.* De Rugianis *Saxo lib.* 14. p. 312. & *Cranzius* l. 5. *Vandaliæ* ſcribunt: *Alebatur apud Rugianos ſacer*

vicinorum; dubium tamen non eſt, ſcopum plerorumque præceptorum, quorum rationem lumen naturæ ignorat, fuiſſe, ut populus fidelis a vicinarum gentium moribus ac idololatria magis magisque alienaretur.

Digitized by Google

equus, albus, cujus jubæ aut caudæ pilos convellere nefarium ducebatur. Hunc ſoli Sacerdoti paſcendi inſidendique jus erat, ne divini animalis uſus, quo frequentior, hoc vilior haberetur. In hoc equo Deus illorum adverſus ſacrorum ſuorum hoſtes bella credebatur gerere. Cujus rei præcipuum argumentum exſtabat, quod is nocturno tempore ſtabulo inſiſtens adeo plerumque mane ſudore ac luto reſperſus videbatur, tanquam ab exercitatione veniendo, magnorum itinerum ſpatia percurriſſet. Auſpicia quoque per eundem equum hujusmodi ſumebantur. Cum bellum adverſum aliquam provinciam ſuſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum ordo miniſtrorum opera diſponi ſolebat, in quorum quolibet binæ ex transverſo junctæ converſis in terram cuſpidibus figebantur, æquali ſpatiorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus ductandæ expeditionis tempore, ſolenni precatione præmiſſa, a ſacerdote e veſtibulo productus, ſi propoſitos ordines ante dextro quam lævo pede tranſcenderet, fauſtum gerendi belli omen accipiebatur. Sin lævum vel ſemel dextro prætuliſſet, petendæ provinciæ propoſitum mutabatur. Nec prius certa navigatio præfigebatur, quam tria continuè potioris inceſſus veſtigia cernerentur. Conferatur Sifridus in vita Ottonis Babenbergenſis l. 2. c. 32.

Dit-

Ditmarus lib. 6. Papebrochius in not. ad vitam S. Viti Act. Sanct. Antwerp. Menſ. Jun. Tom. II. p. 1020. ſeq. Indiculus etiam Superſtitionum Concilio Liptinenſi ſubjunctus §. 13. agit *de auguriis vel avium vel equorum, vel boum ſtercore vel ſternutatione.*

§. IV. Sacrificiis etiam adhibitos equos, cum bello captos, (*b*) tum alios adparet. Antiquiſſimis temporibus primitiæ frugum a majoribus noſtris Deo offerebantur, poſtea ſacrificia cruenda in conſue- *Tum præcipue in ſacrificiis.*

b) Devota enim fuiſſe, quæ bello ceperant memorat *Cæſar lib.* 6. & *Athenæus lib.* 9. c. 16. *Procop.* l. 2. *Gothic.* p. 233. & *Tacitus Annal.* 13. *Sed bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitio fuit, quia victores diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravere; quo voto EQVI, viri, CVNCTA VICTA occidioni mandantur.* Legunt nonnulli h. l. *cuncta viva*, alii melius *cuncta victi*, quæ ſcilicet hoſtis fuerant. Id an ex imitatione inconſulta populi Iſraelis factum ſit, non auſim affirmare. Certe 1. *Sam.* 15. 3. Samuel Sauli adverſum hoſtes proficienti ait: *occidioni dabitis omnia quæ ipſius ſunt.* Nec de animatis tantum hæc verba debuiſſe intelligi, inde elucet, quod v. 9. haud obſcure indicatur, veſtes etiam devotorum eis comprehenſas. conf. *Joſ. cap.* 6. 7.

Digitized by Google

tudinem abierunt non pecudum modo ſed hominum ipſorum. Inter animalia tamen alia hoſtia alii Deo gratior viſa. Odino præter verrem & armenta equus mactabatur, quem neque ab aliis ſacrificiis fuiſſe alienum conjicio. *Ditmarus Merſpurgenſis lib.* I. *edit. Leipniz.* T. I. p. 327. de Danis: *Eſt unus in his partibus* (Selandia) *locus, caput iſtius regni, Lederum nomine, in pago qui Selon dicitur, ubi poſt novem annos menſe Januario, poſt hoc tempus, quo nos Theophaniam Domini celebramus, omnes conveniunt, & ibi Diis ſuismet* LXXXX. *& novem homines & totidem equos cum canibus & gallis pro accipitribus oblatis immolant, pro certo, ut prædixi, putantes, hos eisdem placaturos.* Corruptus alias hic locus in vulgatis exemplaribus typis impreſſis, qui nullam equorum mentionem faciunt, Codicibus autem manu exaratis optimæ notæ facile refelluntur. *Sturleſonius in vita Haquini Adelſtani: Der blef ſlactet alle ſtags queg, och der til heſte.* h. e. Mactabant omnis generis animalia præſertim equos quoque. Nec non *in vita Olai cap.* 107: *och der war ſlactat nod* (c) *oc heſte*, h. e. macta-

c) *Nood* ſive *Not* lingua Sueconum *bovem* proprie notat. Inde in verſione Sueonica

mactabant pecora & equos. *Agathias Scholaſticus* lib. 1. de rebus Juſtiniani: *Alemanni Francis parent, & eodem quo illi modo reguntur, tantum in religione differunt. Arbores enim quasdam placant & lapſus fluviorum & montes & valles, atque iſtis ſacra facientes atque equos & alia infinita reſecto capite immolantes.* De Pruſſorum moribus eadem notat *Hartknoch in Antiqu. Pruſſ. Diſſ.* 10. p. 160. De Scythis *Herodotus Halicarnaſſ. Hiſt.* l. 4. c. 61.

Poſt ſacrificia peracta comeſſationes celebrabantur.

§. V. Hominum canumque immolatorum cadavera in lucis ſuſpendebantur, cruore victimarum aræ, arbores, idola hominesque circumſtantes tingebantur vel conſpergebantur, carne & adipe vel pinguedine omni epulæ parabantur. *Snorro Sturleſonius* in vita Haquini Adeſtani: *Slactteret blef ſodet oc bered til koſt. Ilden skulde vara giord mit paa gulfuit i deris Afguds Hus, oc kiedlene hangde derofwer.* h. e. Victimæ coquebantur parabanturque in cibum. Ignis fieri in media templi area debebat,

Geneſ. 41. v. 18: Et aſcendebant de flumine ſeptem *Not* (i. e. boves) pingues carne & pulchræ forma.

in quo ſuſpendebatur ahena. Hæ commeſſationes dicuntur *Blotfagnat* in *Troja Saga* p. 45: *Caſſibellanus gerdi blotfagnat mikinn epter þennan ſigr.* h. e. Parta hac victoria magnas commeſſationes inſtituit Caſſibellanus. Aliis locis frequenter nominantur *Blotveiſlor*. Hiſtoria S. Olai has commeſſationes cum tribus ſacrificiis anniverſariis & univerſalibus conjungit cap. 117: *Conſuevit Sigurdus tria ſacrificia peragere qualibet hyeme* (hoc eſt quolibet anno ſecundum ſuperius dicta) *unum in autumno, alterum media hyeme, tertium ineunte æſtate. Poſtea vero quam Chriſtianus factus eſt Sigurdus, conſuetum morem retinuit quoad comeſſationes: ita ut in autumno amicos ad ſe invitaret, media vero hyeme comeſſationes Jolenſes invitatis quamplurimis celebraret, tertiam vero Paſchatis tempore comeſſationem inſtitueret, & eam quidem hominibus ſatis frequentem.* De ejusmodi comeſſationibus intelligendus *Tacitus Annal.* I. c. 1: *Attulerant exploratores feſtam eam Germanis noctem ac ſolennibus epulis ludicram.* & *cap.* 65: *cum barbari feſtis epulis, læto cantu aut truci ſono ſubjecta vallium ac reſultantis ſaltus complerent.* conf. *Gregorii M. Epiſt. ad Mellitum Abbatem, Operum quæ Lutetiæ Pariſiorum prodiere Tom.* II. *lib.* XI.

lib. XI. *Epiſt.* 76. *Gregorius Turonenſis lib. de gloria Confeſſorum* c. 2: *Mons erat in Gabalitano territorio cognomento Helanus, lacum habens magnum: ad quem certo tempore multitudo ruſticorum quaſi libamina lacui illi exhibens, linteamina projiciebat ac pannos, qui ad uſum veſtimenti virilis præbentur: nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas caſei ac ceræ vel panis, diverſasque ſpecies, unusquisque juxta vires ſuas, quæ dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plauſtris potum cibumque deferentes, mactantes animalia & per triduum epulantes. Quarta autem die cum diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo & coruſcatione valida; & in tantum imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, ut vix ſe quisquam eorum putaret evadere. Sic fiebat per ſingulos annos.* edit. Ruinart. p. 894. ſeq. Convertit hos ruſticos Epiſcopus Gabalitanus, quæ regio hodie dicitur *le Gevaudan*, habebatque urbem præcipuam olim Anderitum, ſed a compluribus Seculis Mimate, Mande, Epiſcopi ſedem huc translatam. Conviviis illis e nobiliſſimis ac præcipuis viris quisquam ſolebat præeſſe, qui cibum, potum convivasque ipſos ſolenni ritu ſacrabat, & ne quid deeſſet providebat. Per vices etiam id

Digitized by Google

muneris adminiſtratum nec perpetuum fuiſſe *Sturleſonius* indicat (in vita Olai,) qui ſatis prolixus eſt in exhibendo ordine horum ſacrificiorum in *Konung Hakon Adalſtens Foſtres Saga cap.* 16: *Þat var forn siður Þa er Blot ſcylldo vera, at allir Bondor ſcylldo Þar koma sem Hof var oc flytja Þannog fong sin, Þau er Þeir scylldo hafa meÞann Veitzlann ſtoÞ. At veitzlo Þeirri ſcylldo aller menn aul eiga, Þar var oc drepinn alls konar Smali oc sva Hroſs, enn BloÞit Þat allt er Þar kom af, Þa var Þat callat Hlaut, oc Hlaut-Bollar Þat er BloÞ Þat StoÞúi: oc Hlaut-Tynar. Þat var sva gert sem Stocklar, meÞ Þvi ſcylldi rioÞa ſtallana aullo-ſamann, oc sva veggi hofsins utaun oc innann, oc sva ſtockva a mennina: enn slatur ſcylldo sioÞa til mannfagnaÞar. Elldar ſcylldo vero a miÞio goÞi, oc Þar katlar yfir, ſcylldi Full um Elld bera. Enn sa er gerÞi veitzlona oc Hof Þingi var, Þa ſcylldi hann ſignat Fullit, oc allann Blotmatinn.* h. e. Vetus tum obtinuerat conſuetudo circa victimarum mactationes, ut ad fanum ipſum incolæ convenirent omnes, commeatum victumque pro ſolennibus epulis una adducentes. Nec omnino cereviſiæ in tam celebri

celebri conventu pro portione ſingulorum ulla debebat eſſe penuria. Mactabantur hic armentorum atque equorum plura genera. Qui vero ex his diffluebat ſanguis, peculiari nomine Hlat dicebatur, vaſa vero, quibus recipiebatur cruor Hlat-bollar dicta ſunt, ut & Hlat-tynar, quæ inſtar bipennium fabrefacta erant utenſilia, quibusque idoleum univerſum qua intus qua exterius ſanguine adſpergeretur, omnesque etiam qui ſuperſtitioſo cultui adſiſtebant homines. Carnem mactatorum animalium pro more gentis elixatam convivæ abſumebant. Focus in medio fundi accenſus ardebat, ſupra quem etiam lebetes fervefactos adpendere moris erat, ſcyphi autem mero repleti per mediam flammam traducebantur. Ad convivii vero præſidem ac præfectum is pertinebat honor, ut ad ſcyphum ac ferales epulas ſolennia diceret verba. Hactenus *Snorro*. Hæ ſuperſtitiones publicis tandem legibus repreſſæ vix potuerunt aboleri. *Caroli M. Capitulatio de partibus Saxoniæ Capit.* 21: *Si quis - - AD HONOREM DÆMONUM COMEDERIT, ſi nobilis fuerit, ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus quindecim. Si vero non habuerint, unde præſentia-*

ſentialiter perſolvant, ad Eccleſiæ ſervitium denentur, usque dum ipſi ſolidi ſolvuntur. Baluz. Capitul. Tom. I. *pag.* 254.

Et caro equina imprimis in deliciis habebatur.

§. VI. Carnem equinam ab hiſce epulis exceptam fuiſſe forte perſuadere poſſet locus *Saxonis Grammatici* de Hadingi militibus in expeditione contra Suecos *lib.* 1. p. 15: *Tandem per ſummam neceſſitatis indigentiam commanducatis equis ad poſtremum canina cadavera corporibus indulſerunt. Sed neque humanis artibus veſci nefas habitum.* Imbecille enim neceſſitatis argumentum fuiſſet carnis equinæ uſus, ſi ille non modo fuit ordinarius & familiaris ſed & in deliciis habitus. Verum enimvero aut de bellatoribus & clitellariis equis loquitur Saxo, quibus in uſu belli carere ſine maximo detrimento non poterant, aut nimia oſcitantia oblitus eſt temporum, quorum mores & inſtituta debebat reſpicere. Ab ejusmodi enim erroribus non immunes eſſe Scriptores, vel *Crantzii* exemplum edocet in *Vandal. lib.* 8. c. 23. memorantis Chriſtophorum Danorum Regem 1280. in prœlio bombardæ ictu fuiſſe occiſum. Argumenta certe omni exceptione majora carnis equinæ uſum tum

tum in ſacris tum extra ea comprobant. Refert hoc de Sarmatis, Quadis, Vandalis aliisque gentibus *Hieronymus adverſus Jovianum l.* 2. Adventantibus Chriſtianis in Islandiam, cum ob religionis diſcrepantiam in duas partes diſciſſi eſſent incolæ, Thorgeirrus Nomophylax, adhuc Ethnicus hac conditione concordiam iniit, nominique Chriſtianorum reliquos acceſſuros pollicitus eſt, ut occulte modo ſacra ſua nefanda peragerent, infantesque exponendi & equinas carnes comedendi licentia fruerentur. Ita enim *Aræ multiſcii Schedæ de Islandia* c. 7. p. m. 48: *En hann lauc ſva mali ſino at hvarir tveiggio jotto thvi. At allir ſcylldi ein log hava thau ſem hann rethi upp a ſegia, tha vas that mællt i logom at allir menn ſcylldi Criſtnir veſa oc ſeirn taca, their er athr voru oſcirthir a landi her. En of barna ut burth ſcylldo ſtanda en forno log oc of hroſſa kiotz at. Scylldo menn blota laun ef villdo, en vartha fiorbaugs mathr ef vottom of, quæmi vi*þ. h. e. Facto itaque dicendi fine, legem, quam daret ille, ſe absque dubio accepturos unanimi promiſerunt, unde & Chriſtianos futuros eſſe ſingulos pronunciavit, & baptiſmum ſuſcepturos quotquot id huc usque denegaverant, poſſe

poſſe quidem eos Diis ſacrificare, dummodo, ut id occulte fieret, operam darent, ejus enim criminis per teſtes convictos exilii pœnam daturos; iterum habituros eos infantes exponendi & equinas carnes edendi licentiam. conf. *Oddi Monachi Saga om K. Oloff Tryggwazon cap.* 37. p. 140. En Eccleſiam plantatam! Suecis etiam ea ſacrificia exprobrat S. Olaus pugnam cum iis initurus: *Kongr mælti audveldara man Svia verda oc blijdara at ſleikia blot-koppa ſina innan, enn ganga uppa Ormin Langa, undir vapn var oc hrioda ſkipin undir oſs, oc þeſs væntir mik, at ecki þurfum vier att ottaſt hroſſæturnar.* h. e. Rex reſpondebat, Sueonibus facilius fore credo multoque exoptatius, ſacrificiorum ſuorum lebetes delibare, quam Draconem longum (navem regiam Olai) adſcendere nobis defendentibus, nobisque & noſtris navibus aliquid officere. Spes quoniam mihi, equorum voratores nobis non eſſe timendos. vide *Oddum* l. c. c. 66. p. 230. & *Snorro Sturleſonius in Konung Olaf Helges Haraldsons Saga cap.* 56: *Olafur Kongur ſpurþi eptir vendilega hvorninn Chriſtinndomur væri haldinn a Islandi; þa þotti honom mikilla muna avant, at vel væri, þvi at þeir*

ſaug-

ſaugþo fra Criſtni halldino, at þat var loſat i laugom, at ete hroſs, oc bera ut born ſem heyþner menn, oc en ſleyre lutir þeir er Chriſtni ſpell være i. h. e. Olaus ſedulo inquirebat, quo pacto Chriſtianæ Religionis ſacra per Islandiam curarentur, quæ multis modis ibi labefactata ægre tulit. Relatum quippe fuit, Chriſtianæ Religioni addictos homines equina veſci carne, ac paganorum ritu infantes ſuos recens natos exponere, aliaque in religionis opprobrium nefanda perpetrare opera. Nempe Ethnici veluti proprium reputabatur, (præſertim ſuccedente tempore, cum Chriſtiani etiam novum hoc legis Moſaicæ ſive potius Pontificiæ jugum ſubierant) ut carnibus equinis veſceretur. Rem apprime illuſtrat exemplum Regis Chriſtiani Haconis ſive Haquini Boni, qui vulgo dicebatur Adalſteinii Filius adoptivus apud *Snorronem Konung Hakon Adalſtens Foſtres Saga cap.* 18: *Eptir um daginn er menn geungo til Borþa, þa þuſto Bondor at Kongi, ſogþo hann ſcylldi & a þa Hroſſa ſlatur; Kongur villdi þat fyre engann mun; þa baþo þeir hann drecca ſopit, hann villdi þat eigi, þa baþo þeir hann eta flotit, hann villdi þat oc eigi,*

oc var

oc var þa vtt at gongo buit, Sigurder Jarl ſvarar, at hann vill ſætta þa, oc baþ þa hætta ſtorminom, oc baþ hann Kong at gina yfir Ketil-Hoddona. þa gecc Kongur til oc bra Linduk um hoddona, oc gein yfir oc gecc ſiþann til Haſætis oc likaþi hvarigom vel. h. e. Die poſtero, cum ad menſas accumbendum eſſet, regem propius adeuntes ruricolæ equinam carnem guſtare jubent. Quibus cum nequaquam aſſentiri vellet ex juſculo hauriendum offerunt. Quod cum pariter recuſaret, pinguedinem omnino non inſuavem ei futuram dicunt. Sed & hæc adverſatus fercula, parum abfuit quin diſcrimini propinquus fuiſſet. Itaque Sigurdus Jarlus Regem obtemperaturum reſpondet, dummodo ipſi ſtrepitu & turba deſiſterent. Ipſe deinde Regem ſupplex orat, ut pronus ſupra lebetem ſe inclinando, labiis ſolummodo extremis ejus ſuſtentaculum attingere velit. Sic aggreſſus Rex, linteolum fulcro obvolutum, extremis tantummodo labiis adprehendit. Deinceps regiam occupans ſellam, omnium ore, veluti rebus ad populi beneplacitum probe geſtis celebratur. Similiter *cap.* 19: *Hinn fyrſta Dag at Veitslun-*

Veitslunni, veitto þeir bonom atgonga Bondur, baþu hann blota, enn heto honom afurkoſtom ella; Sigurþur Jarl bar þa mal i millom þeirra, kemur þa ſva Hacon Kongur at nockra hita af Hroslifur dracc hann þa aull Minni kroſalauz þa er Bondor ſcencto honom. h. e. Feſto die maxime ſolenni, regem adorti ruricolæ, ſacrificiis rite litare jubent, eoque ipſo gravius eum evitaturum eſſe diſcrimen. Hic Sigurdus Jarlus (Comes) medius intercedens eo rem deduxit, ut offas aliquas ex pulmonibus equinis deguſtandas acciperet Rex, qui ſolennes etiam maxime ſcyphos complures, quos ſibi propinabant ruricolæ nullo adhibito crucis ſigno ebibit. Unde ſatis adparet, non modo carnem equinam in familiari uſu ſacrorum imprimis fuiſſe, ſed pinguedinem etiam *floþit*, loco butyri, (*d*) pulmonem item & juſculum in deliciis fuiſſe. (*e*) Ita teſte *Hervarar*

d) unde nomen pinguedini lacteæ etiam *flot*, & placentis in ſuperiore Saxonia, *Fladen*, *Oſterfladen*, quas feſtis diebus matresfamilias conficiunt.

e) Lac etiam amabant gentes nonnullæ. Unde *Maro* III. *Georg. de Biſaltis & Geloniis:*

Biſaltæ quo more ſolent acerque Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen atque in deſerta Getarum.

Saga cum Sueones Ingonem Regem ob Chriſtiana ſacra recepta comitiis & regno pepuliſſent atque affinem ejus Suenonem Regem creaſſent: *Þvi han baud ſuium at eſta blot firi Þeim. Þa var framleit hroſs eitt, oc hauggvit i ſundur oc skipi til atz; enn riodad blodinu blottrie. Koſtudu Þa aller Sviar Kriſtnene, oc hofuſt blot.* h. e. quia promiſit illis gentilia ſacra ſe procuraturum, adductus mox equus & in partes diſſectus, atque ad edendum diſtributus: & ſanguine ejus oblitum idolum. Projecerunt tunc omnes Sueones Chriſtianiſmum & gentilia ſacra ſuſceperunt.

Quæ genuina cauſa prohibitionis ejus.

§. VII. Atque ab iſtiusmodi ſuperſtitionibus gentilibus vera petenda ratio, quare Chriſtianis, gentium harum converſoribus, e re fore viſum eſt ut equinæ carnis eſum plane interdicerent, ſimulque ab omni ethniciſmi ſpurcitie magis magisque recens converſos alienarent. Invenio

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

De Bulgaris *Ennodius* Panegyr. ad Theoder. Regem: *Dum credunt ſatis eſſe ad delitias equini pecoris lac potare.* De Sarmatis *Martialis:*

Venit & epoto Sarmata paſtus equo.

nio primum *Gregorium* III. Romanorum Pontificem, qui majorum noſtrorum moribus ea in re duxit obviam eundum. Eccleſiæ habenas ille moderatus eſt ab anno 731. usque ad annum 741. & *in Epiſtola ad Bonifacium* Germanorum Apoſtolum, quæ exſtat apud *Othlon.* l. 1. c. 32. & *Nicol. Serarium in Epiſtolis S. Bonifacii Martyris Epiſt.* CXXII. p. 168. ita ſcribit: *Inter cætera agreſtem caballum aliquantos comedere adjunxiſti, plerosque & domeſticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, Sanctiſſime Frater, ſinas, ſed quibus potueris, Chriſto juvante, modis, per omnia compeſce, & diguam eis impone pœnitentiam. Immundum enim eſt atque exſecrabile.* conf. *Phil. Labbei & Gabr. Coſſartii Soc. Jeſu Presbyt.* S. S. *Concil. Tom.* VI. *ad a.* 731. p. 1468. *ſeq.* Repetitum hoc mandatum a Zacharia I. Pontifice ad eundem Bonifacium: Etiam fibri & lepores *& equi ſilvatici multo amplius vitandi,* apud *Othlon.* l. 2. c. 14. & *Serar. Epiſt.* 142. Novimus remiſſum eum rigorem prohibitionum Pontificiarum in leporibus aliisque animalibus olim immundis; equorum carne autem cum ſuccedentibus etiam temporibus & magno quidem rei familiaris detrimento fruſtrati ſint majores noſtri, non potuit non alia cauſa

ſubeſſe, ea ſcilicet, quam jam attigimus. Niſi eo etiam prolabi malimus, ut perfricta fronte adſeramus, Pontifices Maximos in rebus ad fidem pertinentibus errare poſſe atque alios aliis contradicere. Gregorius II. enim, anteceſſor Gregorii III. in *Epiſtola* XIII. *ad Bonifacium* ſcribit §. 6: *De immolaticiis autem eſcis conſuluiſti, ſi a fidelibus ſuperductum fuerit vivificæ crucis ſignum, edi liceret, an non. Illud ſufficit reſpondere, quod Beatus Paulus Apoſtolus dicit* 1. Cor. 10. &c. (conf. Phil. Labb. l. c.) ibi Apoſtolus de omnibus edi permittit, quia terra & omnia creata Dei ſint, a ſolis immolatis poſſe (non deberi) abſtineri, ſi alteri ſcandalum ea re detur. Ex iis Pontificum interdictis tamen eſt, quod Olaus Ottoni Cæſari ſuppetias contra Danos ferens, cum rei frumentariæ & cibi inopia premerentur, atque aut diſcedendum eſſet aut equi mactandi, in ſequentem modum ſuaſit: *hoc primum conſulo, ne quidquam a Deo prohibitum conſumamus, quæcunque nobis neceſſitas incubuerit.* ap. *Oddum Monachum in vita Olai* c. 12. p. 55.

Concluſio. De modo præpoſtero, quo uſi

§. VIII. An ergo, inquis, ſuades, ut equinam carnem culinis noſtris reddamus? non

non ſuadeo. Sunt enim, ut in omnibus, ita hic quoque errores populares & univerſales, quibus non niſi longum tempus medetur. Pontificum tamen decreta non improbo, quæ uſum equinæ carnis TUNC TEMPORIS interdicebant. Agendum enim erat cum hominibus ut ſimplicibus ita veteris ſuperſtitionis tenaciſſimis, quibus omnis anſa ad avita deliramenta revertendi præripienda & reſcindenda erat. Improbo autem modum illum veritates propagandi & pœnas exilii adjectas, quæ Spiritum Eliæ potius produnt, quam genuinam Salvatoris viam ab Apoſtolis tam felici eventu tritam. Scilicet veritas rationibus perſuadetur, non vi metuve inculcatur. Et profecto ſi modum inſpicias, quo majores noſtri ad ſacra Chriſtiana illius temporis fuere transducti, dubites certe, majorine ſtupiditate, aut, ſi mavis, ſimplicitate, illi ſuſceperint ſacra iis ſeculis pluribus fere abuſibus involuta, quam ipſorum ſuperſtitio gentilis erat; (*f*) an inſolentior

ſunt primi converſores in plantanda Eccleſia, quod noſtras attinet terras.

It. de illicito perſecutione ob ſacra diverſa.

f) Juvabit in fidem dictorum ea ſolum in medium afferre, quæ furente tempeſtate mari-

& ab omni ſana ratione aliena fuerit primorum converſorum methodus veritatem divinam propagandi. Quis enim ſana mente præditus non indigne ferat Eivindum maximis cruciatibus enecatum

tima a Sigurdo Epiſcopo perpetrata memorat *Snorro Sturleſonius in Hiſtoria Regis Olavi Tryggvonis filii cap.* 86. Ille enim ſacra indutus ſtola in proram navis procedebat, accenſisque luminibus ac cereis, thure ſacro quaquaverſum fumigabat, quin etiam crucis imag ne in altum erecta Evangelii recitavit pericopam, precibusque ac ſupplicationibus Deum obſecravit, adhæc ſacratæ aquæ aſpergine cuncta luſtrans. conf. *Oddum Monachum in vita S. Olai* c. 33. p. m. 123. Jam finge tibi Ethnicum talia perculſo animo intuentem, an alia re, quam ceremoniis Chriſtianorum ſacra abſolvi putaverit? præcipue cum ſacra peragerentur ſermone incolis & auditoribus peregrino. An miraberis, Islandos ea ſolum ex cauſa ad miſſam frequentes confluxiſſe, ut muſicum audirent concentum & campanarum ſonitum, quod habet Snorro Sturleſonius l. c. cap. 88. teſtis, ſi quisquam, ſatis idoneus? Olaum Sanctum etiam (hoc nominis favore & pietate in Clerum conſecutus erat) ſolo attactu morbis inveteratis medelam attuliſſe, hominem alias dubiæ pietatis, quis perſuadere poterat gentilibus? & hoc tamen affirmat *Snorro Konung Olaf Helges Haraldſons Saga cap.* 200.

Digitized by Google

tum fuiſſe, patera carbonibus ignitis repleta ventri ejus admota, ea ſolum ex cauſa, quod Chriſtianorum ſacris, neſcio quibus, nollet initiari? (vide *Snorronis vitam S. Olai Tryggvonis filii cap.* 82.) & miſerrimam Eivindique cruciatus multo excedentem mortem Raderi, quam non alia ex cauſa ſubiit, eodem memorante l. c. c. 86. Olaus Rex ipſe gentiles quosquos detegebat miſera morte aut membrorum mutilatione ad ſacra Chriſtiana adigebat. ib. c. 58. & 69. Idem jam ante fecerat Carolus M. *in Capitulatione de Partibus Saxoniæ Capit.* VII. ſtatuens: *Si quis deinceps in gente Saxonum inter eos latens non baptizatus ſe abſcondere voluerit, & ad baptiſmum venire contempſerit, paganusque permanere voluerit, morte moriatur. Labb. Concil. Tom.* VII. p. 1132. ap. *Baluz.* Capitulum VIII. eſt T. I. p. 252. An hoc putaveris eo Salvatoris præcepto injunctum: *Compellite intrare?* Quo contemptu habiti ſint gentiles a noviter adductis aut nomen Chriſti ore tantum profitentibus hominibus, vix facile dictu eſt. Idem Olaus, quem jam ſæpius in ſcenam produximus, matrimonium cum Regina Sigride (cognomento Storraþa ſive imperioſa) ineundum ideo diſrupit, quod

ea nollet ad ipſius ſacra converti, *ethnicam*, inquiens, ſe caniculæ inſtar æſtimare, ſimul chirotheca, quam manu tenebat, in faciem ejus inflicta. ibid. c. 67. (*g*) Ex eodem odio & contemptu paganorum fluit, quod injectio manus in fœminam ethnicam propter libidinem, (quæ actio in lege Bajuariorum Tit. 7. c. 3. dicitur *ein Horgrift* ſive *Hurengriff*) concubitus item cum tali majore pœna coërcetur, quam ſi talia cum Chriſtiana fœmina fuerint commiſſa. *In Legibus Alfredi Regis cap.* 11. *Qui mamillas uxoris viri cujusque pagani manu tractaverit petulanti* (de Chriſtiana fœmina nihil diſponit lex, idque fiebat impune) *fœminæ ſolidos ſex numerato. Eam ſi quis humi proſtrarit, nec tamen cum illa rem habuerit*, X. *ſolidos pendito. Sin cum ea coierit*, LX. *ſolidorum pœna eſt.* In capitis æſtimatione cum cædes facta erat, Chriſtianus æſtimabatur duobus millibus Thrymſarum, paganus non niſi XXVI. Paganum Mertii

CC.

g) Gentiles contra ob diſſenſum circa Sacra nec conjugalem amorem nec filiorum pietatem tolli debere exiſtimabant, quod patet ex inſcriptionibus ſepulchralibus Runicis, quas exhibet *Verelius not. ad Hervarar Saga* p. 101.

Digitized by Google

CC. ſolidis æſtimabant, Chriſtianum MCC. & tanti ejus, qui MCC. ſolidis æſtimabatur, teſtimonium valebat quantum paganorum VI. vide *Leges Edwardi Æthelſtani.* An vero hac ratione jus unicuique æque potuerit reddi, alii diſpiciant. Cæteri gentiles, quoad potiores partes tenebant, culpam omnium calamitatum, quibus terræ premebantur, in Chriſtianos transgerebant odioque implacabili erga eos ardebant, Chriſtianis fruſtra ſpiritum tolerantiæ & religionis libertatem per Symmachum inculcantibus. conf. *Origen.* c. 24. *in Matth. S. Cyprian. initio libri ad Demetrianum. Arnob.* l. 1. *Tertull. Apol.* c. 40. nihil tamen aut parum (cujusmodi locum ſupra adduximus) eam ob rem a majoribus noſtris motum memorant Annales gentis. Chriſtiani autem etiam in Imperio Romano ſuperiores facti ab ea, quam initio ſuaſerant gentilibus animi moderatione ac conceſſione ejus libertatis, quam maximum bonum naturæ humanæ atque mortalibus congenitum ante aſſeruerant, ſtatim receſſerunt, par pari referentes. vide *Novellam* 3. *Theodoſii.* Ab eo tamen pacis ſtudio abfuerint Galli, ſi M. T. Ciceroni fides habenda, qui in Oratione

pro Fontejo, *cæteras*, inquit, *gentes pro religionibus, ſuis bella ſuſcipere, Gallos contra omnium religiones.* Qui vero penitius rem inſpexerit deprehendet, Tullium hic cauſæ magis quam veritati inſerviiſſe ad deprimendam Gallorum fidem, qui contra M. Fontejum teſtimonium ferebant. Nam iis, quæ eadem Oratione de contemptu Deorum, perjuriis & ſceleribus Gallorum in medium profert, ipſe contrarius eſt in I. de *Divinat.* De moderato certe animo gentilium Septentrionalium luculentum documentum præbet Hiſtoria Olai, Regis Suecorum Chriſtiani, qui regnavit anno 980. poſt natum Chriſtum, cognomentoque *Skaut-Konung* dicitur. Is ſubditos ſibi populos ad Chriſtianam volens convertere fidem, magno laboravit ſtudio, ut templum idolorum Upſala, quod in medio Sueoniæ ſitum erat, deſtrueretur. Cujus intentionem pagani metuentes placitum cum Rege conſtituerant, ut, ſi ipſe Chriſtianus eſſe vellet, optimam Suediæ regionem, quam vellet, ſuo jure teneret, in qua Eccleſiam & Chriſtiana ſacra conſtituens, nemini de populo vim recedendi a cultura Deorum inferret, niſi qui ſponte ad Chriſtum vellet converti.

Digitized by Google

verti. Hujusmodi rex placito gaviſus mox in Occidentali Gothia, quæ Danis proxima eſt vel Normannis, Eccleſiam Deo ſedemque fundavit epiſcopalem. conf. *Joh. Schefferi Upſal. cap.* II. O utinam Chriſtiani noſtri ex hac gentilium indole multum hauſiſſent! Non tanto ſanguine Germaniæ concuſſæ ſtetiſſet Pax Weſtphalica, non Inquiſitionum ſanctarum barbara nomina exulante charitate Chriſtiana exaudirentur, neque inhumanæ voces, Hæreticis nullam fidem eſſe ſervandam, &c. (2) Non tantæ calamitates ſub Chriſtiano I. Electore Saxoniam ſuis pene ruinis involviſſent, nec Crelliana cauſa ſecus quam par erat diſcuſſa poſſet credi. Reddita fuiſſent Bohemiæ ſacra puriora Seculo abhinc elapſo; introducta Colonienſi ditioni anno 1582. & ſeq. &c. Neque (3) ea Chriſtianorum ſocietas, quæ maxime provocat ad rectæ ac genuinæ rationis uſum, maculam ſibi inuſſiſſet Serveti ſupplicio, neque Barneveldiana cauſa & Synodus Dortracena ancipiti defenſione hærerent &c. Credas de noſtra etiam ætate cani quod habet Juvenalis de Ægyptiis:

- - Summus utrimque

Inde

Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit uterque locus, cum ſolus credat habendos
Eſſe Deos, quos ipſe colit.

An igitur Religio tantum ſuadet malorum? Minime. Chriſti certe lex nulla exſtat, quæ eum agendi modum præſcribat. Aliunde igitur origo tantorum malorum derivanda, ſcilicet aut ab ambitione ac perverſo deſiderio jugum conſcientiis etiam imponendi, quod ſpecioſa zeli divini larva tegitur; aut ab invidia alienæ proſperitatis & cupiditate bona accumulandi. Fuerunt equidem hæc animorum prava deſideria a primis incunabulis peccati Originalis, quæ totum genus humanum peſte ſua invaſit; non tamen eæ fuerunt occaſiones aut tentationes majoribus noſtris bona temporalia & divitias amplificandi, ut gentibus ſimplici vitæ rationi neque adeo inſatiabili avaritiæ adſuetis. Imperium in Laicos æque illis temporibus ſibi adſerebant Druides, quam noſtris, & efficaciſſimum illud obtinendi medium, ſacrorum interdictio, animos ſimplicis plebis nimium quantum faſcinaverat. Sed Claudite jam rivulos &c.

II.

Digitized by Google

II.

§. IX.

DIximus plura de comeſſationibus majorum noſtrorum; æquum eſt, ut additamenti loco de compotationibus ſacris eorum nonnulla ſubjiciamus, præſertim cum hæ ſemper illis fuerint conjunctæ. Teſtem allegamus *Snorronem Sturleſonium in Konung Olaf Helges Haraldſons Saga cap.* 113. 114. & 115. cujus loco ob nimiam prolixitatem nunc quidem exſcribere ſuperſedemus, adductis iis tantum quæ cap. 151. habet: *Hic* (in Suecia) *Joliorum feſtivitas genialiter* celebrata fuit comportato in unum a familiis ſingulis mero, dum frequentes illo in pago convenerant cives ad feſti ſolennitatem. Erat in vicinia pagus alius. Ita vero inter affines conventum fuerat, ut per dimidium feſti tempus alii alios epulando in ædibus ſuis exciperent, facto apud Thorerum initio &c. Hæc convivia ſacra Offergillen ſive Opffergilden nuncupabantur. Notat autem vox *Gilden* fraternitatem ſive ſocietatem & conjunctionem pecuniæ cujusdam, cibi, potus

Compotationes ſacræ a majoribus noſtris ſacrificiis jungebantur. (De Gildis.)

Digitized by Google

potus &c. Erat enim, ut inquit Snorro in vita Haquini Adelſtani, ea tempeſtate conſuetudo vetus, ut cum celebrarentur ſacra iſtiusmodi convivia, ruſtici convenirent ad locum ubi victimæ mactabantur ſecumque adducerent neceſſaria omnia per tempus illud totum, quo convivia durarent, cum cereviſiam tum alia. Subſecutis quidem temporibus leges ferebantur occaſione harum Gildarum, quibus ebrietas in iis conventibus reprimebatur, ſed illarum non adeo rigidi obſervatores aderant, unde *S. Anſelmus Epiſt.* l. 2. *Ep.* 7. multa quæſtus de inordinata Henrici vitæ ratione addit, *ita ut in GILDIS* cum ebrioſis bibat, & cum eis inebrietur. conf. *Hincmarus Rhemenſis Presbyter. Capitul. ad Presbyteros cap.* 14. Sumitur hæc vox in vetuſtis libris interdum pro quacunque ſocietate, ut in abrenunciatione diaboli & profeſſione fidei Franco-Saxonica p. 78: *End ec forsacho allom diabol gelde*, h. e. & ego renuncio omni diaboli ſocietati. Opificum ſocietates hodieque Germanis dicuntur *Gilden*, item *Innungen* ſive compotationes. *Inn* enim veteribus hoſpitium publicum, cauponam, ſignificabat, & in hac ſignificatione etiamnum Anglis

Anglis habetur. Eædem Societates Germanis non diſpari ratione dicuntur *Zünffte*, h. e. Zuſammenkünffte, conventus.

§. X. Ordinem harum compotationum deſcribit *Snorro in Konung Hakon Adalſtens Foſtres Saga cap. 16: Scylldi fyrſt Oþins Full, ſcylldi þat drecka til Sigurs oc Rikis Kongi ſinom; Enn ſiþann Niarþar full oc Freys-Full til ars oc fryþar. Þa var mogrom monnom titt, at drecka þar næz Braga-Full. Menn drucco oc Full frænda ſinna þeirra er heigþir hofþo verit, oc vero þat Minni kaullut.* h. e. Tum in Odini memoriam primo evacuandus ſcyphus pro regis incremento & felicitate perpetua. Inde in Niardi & Frei honorem pro annona felici pacatisque temporibus. Frequenti etiam aliis in uſu erat, proxime his ſcyphum (in honorem heroum virorumque inſignium) Bragafull propinare. Nec amicorum memorias propinato ſcypho negligere decorum fuit, eorum præcipue, qui in collibus olim tumulati fuerant, dictaque fuit hæc ceremonia vocabulo peculiari Minne. Tri-

Ordo harum compotationum; conſecrabant pocula & in honorem Deorum amicorumque evacuabant.

plicia

plicia pocula hic a Snorrone deſignari putant. (1) in honorem Odini aliorumque (*b*) Deorum. (2) in honorem heroum, quod poculum Bragi (*i*) dicebatur.

b) conf. *Herrauds Saga cap.* 11, ubi Thoreri, Odini, Frey & omnium cæterorum Aſarum memoria pari ratione celebrata dicitur. De Romanorum more in honorem Deorum ſuorum, amicorum amaſiarumque bibendi conſule *Alexandrum ab Alex.* l. 5. c. 22. *Dempſter. not. ad Roſin. Antiq.* l. 5. c. 30. p. 871. ſeq. De talibus poculis intelligendus *Apoſtolus*, cum 1. *Epiſt. ad Corinth.* 10. v. 21. ait Chriſtianos non poſſe ſimul calicem Domini & illum diabolorum bibere. conf. *Jeſaiæ cap.* 65. v. 11. *Curtius* l. 10. c. 4: *Nondum Herculis ſcypho epoto, repente velut telo confoſſus ingemuit.* Apud Sinenſes, cum hoſpites excipiunt, primus ſcyphus Deo cœli offertur teſte *Neuhoſio in Itiner.* Anonymus (qui ex conjectura Mabillonii Rabanus eſt) in opuſculo de Euchariſtia ſic loquitur: Nam quondam in terra Wlgarorum (Bulgarorum) quidam nobilis potensque paganus bibere me ſupplici-ter petivit, in illius Dei amore, qui de vino ſanguinem ſuum fecit. Act. SS. Ordin. S. Benedicti Sec. 4. P. 2. pag. 593.

De poculo Bragi.

i) Pocula heroibus conſecrata nonnulli adpellant *Bragabeggere* vel *Bragebigare*, & deducunt a veterum Deo Brago, uno Aſarum, quem manſuetum, ſapientem, eloquentem, promptum & Poeſeos maxime gnarum tradit *Edda*

batur. (3) in memoriam amicorum mortuorum, quod Minne vocabant,

Z voce

Mythol. 24. adeo ut ab ipſius nomine Poëtica *Bragur* dicatur. Meminit illius Dei etiam *Eivindus Scaldiſpiller* in Epicedio in obitum Haconis compoſito, quod peculiari titulo adpellatur Haconar Maal carm. 14. ap. *Snorr. in vita Haconis hujus* c. 33. Bragi uxor Iduna eſt, in pyxide poma cuſtodiens, quæ Dii ſeneſcentes guſtabunt, ut rejuveneſcant. Quod ſic usque ad Ragnarockur (finem fundi, crepuſculum Deorum) continuabitur, & permultum certe Diis ſitum eſt in cuſtodia & fide Idunæ, unde ſemel diſcrimen ingruit præſentiſſimum. *Edda Mythol.* 24. Et ita Bragebechere non ad heroës ſed Deos ipſos pertinebit. In qua ſententia firmat nos, quod *Brage* in genere etiam pro Dei adpellatione uſurpatur in nominibus *Eddæ* Part. II. Porro in textu Snorronis ipſo nihil de *honore heroum virorumque inſignium* habetur, (quæ verba tantum ex Schefferi & Peringskioldi verſionibus, quas multi incaute ſecuti ſunt, retinuimus,) ſed illud modo innuitur, poſt pocula in honorem Niordi, Odini & Freji exhauſta nonnullos evacuaſſe Bragafull, quod ſignificare poteſt tum poculum Dei Brag, tum etiam ſimpliciter poculum cereviſia plenum forte in honorem cæterorum Aſarum ebibendum. Alio loco fuſius dabimus probatum, in ea regione Siberiæ Tartaricæ, quæ a *Slabodda* extenditur ad

Digitized by Google

voce latius patente. (*k*) Bragebechare tamen merito horum numero excipimus

oppidum *Jappantzin*, alias *Turinska Oſtrog*, quod flumine *Tara* alluitur, gentem olim fuiſſe Scythicam, clariſſimam, quæ Septentrioni noſtro colonias dedit, & flumini cognominem urbem *Tara* condidit, ſexcenteſimo circiter aut milleſimo milliario Moſcovitico (Werſte) a *Tobolsky*, capite Siberiæ. Retinent incolæ pluras gentiliſſimi noſtri reliquias, (præſertim quæ ad carnem equinam pertinent) plura etiam e tumulis eruuntur in regionibus illinc ad orientem vergentibus, quæ fidem dictis faciant atque alio loco (mutata publicarum rerum facie) e monumentis & Commentariis Manuſcriptis fide digniſſimis a nobis elucidabuntur. Illud ſaltem hoc loco monendum, potum, quem incolæ e farina avenacea coquunt admiſto vino aduſto ex lacte equina, vocari lingua gentis *Braga*, unde *Bragebegere* vel *Bragafull* adpellativa denominatio poculi cereviſia repleti poterit eſſe. Nam *Bragebikare* etiam votivum poculum dicebatur, quo hæres, regnum ſolenniter iniens, ad egregia facinora perpetranda ſeſe adſtringebat. vide *Snorronem in vita Ingialldi Illrada, Sueoniæ Regis, & Jomsvikinga Saga cap.* 27. conf. *Joh. Meſſenii Scondiam Illuſtratam Tom.* I. p. 26. *Ynglinga Saga cap.* 39.

k) In *Apuleji Metam.* l. 4. legimus, latrones poculis aureis memoriæ defunctorum com-

mus propter rationes in notis adductas. Stabant autem cum compotationes

 sacræ

militonum vino mero libasse; dehinc canticis quibusdam Marti Deo blanditos acquievisse. Non tamen adeo accurate locuti sunt veteres gentium nostrarum scriptores, quin *Minne* etiam dicerent pocula Diis sacrata, ut in *Herrauds oc Bosa Saga cap.* 2: *þui næst kom inn þad minne, sem helgad vor ollum Æsum*, h. e. Tunc poculum (Minne) memoriæ omnium Asarum sacratum illatum est. De hac amicorum repetita memoria exemplum habemus antiquissimum in *Ynglingæ Saga cap.* 41. ubi *Rex Gonmarus filiæ suæ Hildegunni innuebat, ut convivis poculum offerret. Itaque scypho argenteo accepto, hospitibus in memoriam Rolfonis Krake propinat. Atque sic ad dimidium evacuatum poculum Hiorvardo porrexit.* Solitos autem veteres stantes pro salute Regis bibere ex *Prisco* intelligimus *in Hist. Gothica: ubi obsonia primorum ferculorum fuere consumpta, omnes surreximus, neque prius quisquam nostrum surgens ad sedem suam est reversus, quam sibi traditam pateram vini plenam, Attilam salvum & incolumem precatus, ebibisset.* Ipsa vox *Minne* ab amore dicitur. *Minna thina nahiston*, dilige proximum tuum est in *Tatiani Alexandrini Harmoniæ Evangelicæ antiquissima versione Theodisca* c. 32. §. 3. p. 65. *Minna*, amor, in *Olfridi Evangeliorum libro.* Inde Gallorum *mignon*,

Digitized by Google

ſacræ peragerentur circa ignem in medio templi accenſum, cum mulſum vel cereviſia liberalisſime in pateris vel poculis exhiberetur. vid. *Snorro in vita Haquini Adalſtani* l. c. Pocula ipſa mero repleta per mediam flammam traducebantur. ib. c. 16. (*l*) Unicuique autem Deo poculum ſuum ſpeciali ſigno conſecrabatur, quantum colligere licet ex *Snorrone* l. c. *cap.* 18: *Enn er it fyrſta Full var ſœnct, þa mællti Sigurþur Jarl fyrir oc ſignaþi Oþni, oc dræck af Hornino til Kongs, kongur toc viþ oc gerdi kroſs marc yfir, þa mællti Kar af Grytingi; Hvi fer Kongurinn nu ſva, vill hann eigi enn blota? Sigurþur Jarl*

mignard. Alias etiam, ut in Eddæ nominibus adpellativis *Minne* animum & memoriam notat, ut pocula illa amori vel memoriæ amicorum conſecrata interpretari poſſint.

l) Elucidant hæc plebis noſtræ ſuperſtitiones circa ignem & poculum S. Johannis, *von Johannis Feuer und Seegen.* Rationem, qua hæc gentilia ad Chriſtianos tranſierint, mox pandemus. Incidebat autem feſtum Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ in feriam tertiam natalitiorum Chriſti, h. e. in media Juliorum gaudia a Chriſtianis celebrata. De hoc ut & de Paſchali igne alibi plura erunt diſcutienda.

Digitized by Google

Jarl ſvarar, Kongur giorer sva ſem þeir aller er trua a Matt ſinn oc meiginn, oc ſigna Full ſitt þor, hann gerþi Hamars marc yfir aþur hann drace, var þvi kyrt um quolldit. h. e. Primus cum propinandus eſſet ſcyphus, ſolenni ſermone auſpicatus eſt Sigurdus, conſecratumque Odino cornu evacuavit, ac regi mox repletum tradidit. Ita Rex accepto poculo, crucis ſigno illud ſignavit. Quod animadvertens Karus Grytingenſis, iſta quid ſibi velit cerimonia rogat, & numquid adhuc ſacra victimasque gentiles averſaretur Rex? Reſpondit Sigurdus Jarlus non admodum diſſimili ratione qua ipſi viribus ac robori confiſi numini Thoro conſecrare ſoleant, etiam crucis figura, utpote Thoronis inſigni, poculum ſuum ſignare maluiſſe Regem. Quibus ita dictis, ſedatum eſt circa veſperam tumultuantium murmur. Thoronis igitur malleus ſive inſigne non adeo alienum fuit a forma crucis, cum tam facile cum illa potuerit confundi.

§. XI. Singulæ hæ compotationum ſacrarum ſuperſtitiones diu in Religionem Chriſtianam translatæ hæſerunt, Clero non modo indul-

Has ſuperſtitiones Chriſtiani etiam imitabantur.

gente, ſed etiam Sanctorum juſſu juvante, vel quia nimis arduum opus reputabant gentes continuo ſiti fatiſcentes a poculis avertere, vel quia ipſi aliquod inde lucrum captabant. Quidquid rei ſit, Sanctorum autoritatem in partes vocatam fuiſſe teſtis eſt *Oddo Monachus in vita S. Olai cap.* 24. p. 102: *Ex Eoo mari veniens Olaus ad inſulam Norrigiæ Moſtur nominatam adplicuit; Hic noctu innotuit ipſi Sanctus Martinus Epiſcopus dicens illi: Moris in his terris eſſe ſolet, cum convivia celebrentur, in memoriam Thoreri, Odini & aliorum Aſarum ſcyphos evacuare: hunc ut mutes volo, atque ut in mei memoriam in poſterum bibatur, tua cura efficias: vetus autem illa conſuetudo ut deponatur, conveniens eſt.* Martinalia hæc gaudia, quod comeſſationes attinet, noſtra tempeſtate nondum abolita ſunt. Non vero S. Martini ſolum memoriam ſed aliorum Sanctorum & veri etiam Dei poculis invicem propinabant. Juvabit hac de re legere excerpta ex ritibus nuptialibus Islandorum antequam Proteſtantium doctrina imbuebantur. Fol. I: *Skal er hier fyri bord borin og dryckur i skeinkiur, og ætlud til Heilags anda minningar.* h. e. ſcyphus potu repletus menſæ noſtræ allatus eſt, qui

qui memoriæ Spiritus ſancti deſtinatus. Fol. 3: *Fyri Gudzfadurs minni, efter Heilags Andas skal, antiphona* &c. h. e. ante memoriam Dei Patris exhauſto memorabili ſcypho Spiritus Sancti, Antiphona &c. Fol. 5: *Fyri Chriſti minni antiphona*, h. e. ante memorialem ſcyphum Chriſti antiphona. Fol. 7: *de memoria Mariæ virginis.* Fol. 8: *Sequitur ut ſponſus & ſponſa invicem propinaverint.* Repetebatur dein Spiritus Sancti & Jeſu Chriſti memoria Fol. 9. 10. Fol. 12. Regis memoria celebrabatur, & Fol. 13. memoria S. Martini & doctorum Eccleſiæ &c. vide *Iſtmenium Reenhielm not. ad Oddum ed. Upſal.* 1691. 4. *pag.* 65. *ſeq.* Opificum etiam ſocietates, *Gilden*, ut diximus, nuncupatæ, legibus olim ſuis tenebantur Sanctæ Mariæ, Sancti Martini & Nicolai &c. ferias compotationibus colere. conf. *Janus Dolmerus in not. ad Hirdskraa* c. 49. Erat in terris Brunſvicenſibus celebris quondam ſocietas, quæ ſingulis Calendis conveniebat, miſſas celebrabat, Sanctorumque memorias colebat. Dicebatur a Calendis *Caland-Gilde*, & ſub ſpecie pietatis ac zeli pro honore Sanctorum in eas divitias excreverat, ut poſt ſacra repurgata Gymnaſium Göt-

tingenſe maxima ex parte ejusmodi reditibus & bonis *Caland-Gütter* dictis ſuſtentetur, reliquis etiam ad uſus magis pios converſis. De iis loquitur *Conſtitutio Eccleſiaſtica Brunſvicenſis cap.* 13: *Gleicher geſtalt wollen wir, daß alle und jede Gütter, Æcker, Wieſen &c. ſo zur Kirchen, Schulen, zum Calande-Gilden und ſonſt andern geiſtlichen Lehn gehörig, nicht veralieniret werden &c. Mauritius Conſil. Kilonenſ.* p. 178. ſeq. obſervat in urbe Brunſviga Collegium *Der Caland* ſive congregationem S. Matthæi inveniri *cap.* 1. §. 5. Errat *Goldaſtus Tom. rerum Alemann.* P. II. in ultimo indice & p. 120. ubi *Kaſalantes* habet & explicat fraternitates Alemannicæ Eccleſiæ. Initio quidem primarii tantum Sancti poculis colebantur; ſecutis temporibus S. Olai quoque Regis memoria celebrata jubente Magno Rege in *Hirdskraa* c. 49: *Suo oc gaf hann lata bera Bollahorn a kueldinn um Joll at Olafs Minni, þegar mungat er inni, af þeim dryk ſem honum likar.* h. e. ſtatuit quoque cornu certæ menſuræ vigilia natalitiorum Chriſti cereviſia ad ejus feſti celebrationem præparata jam illata, apportari in Olai memoriam, potu, quem vellet, repletum. Vides potus plura adfuiſſe genera,

genera, inter quæ illud quoque, quod *Brage* ſupra nominavimus, facile locum habere potuit. Idem qui Olao honor etiam obtigit S. Canuto Regi & Martyri, S. Canuto Duci, Erico aliisque, cantatis inter ſingula pocula hymnis vel cantionibus, more fere in Academiis noſtris hactenus recepto. (*m*) Antiquum illud Jus aulicum Norvegiæ Danice *Hirdt-Skraa* l. c. juxta verſionem *Huitfeldii* hæc habet: *Aflagde Kong Magnus mange unyttige Sedvaner og optog i Steden igien, at mand skulle dricke den evige Guds og vor*

m) Chriſtianos veteres ad ſingula pocula Chriſtum invocaſſe, docet *Sozomenus Hiſt. Eccleſ.* l. 5. c. 17: *Fertur autem quosdam ex iis, qui iſtud ſceleris imprudentes admiſerant, cum in convivio, ut fieri ſolet, ſibi mutuo propinarent benevolentiæ teſtificandæ cauſa, Chriſtum ad ſingula pocula nominaſſe. Quendam vero ex convivis hæc illis reſpondiſſe. Mirum quidpiam patimini, Chriſtum invocantes, quem paulo ante negaviſtis, tunc cum donativum accipientes a Principe thus in focum impoſuiſtis. Quibus auditis, cum facinus, quod admiſerant, intelligere cœpiſſent, illico exſilientes publice discurrere cœperunt vociferantes & cum lachrymis Deum hominesque teſtantes, Chriſtianos ſe eſſe ac ſemper fuiſſe.* Hic mos tamen plane alienus eſt ab eo, quem hoc loco deſcribimus.

Digitized by Google

Herris Jesu Christi Skaal. h. e. Abrogavit Rex Magnus multos inutiles mores & constituit illorum loco, ut biberetur æterni Dei & Domini nostri Jesu Christi poculum. Cum vero latius serperet malum, & occasione memoriæ Sanctorum & Gildarum, illius imprimis quæ in honorem S. Stephani instituta erat, unus alterum ad bibendum provocaret, *Carolus M. in Capitulari* III. *anni* 789. *Tom.* I. *edit. Baluz.* huic malo occurrere statuit: *Omnino prohibendum est omnibus ebrietatis malum, & istas conjurationes quas faciunt per Sanctum Stephanum, aut per nos, aut per filios nostros prohibemus.* Refert. *Joh. Bircherodius in Antiquitatibus Juliis pag.* 132. non ita pridem causam rustici cujusdam Norvegici, qui in convivio *Dei immortalis poculum* biberat, supremum quod Hafniæ est justitiæ tribunal delatam esse, & cum crimen videretur simplici ignorantia atque more majorum recepto commissum, sententia quidem regia in pristinam bonorum, quibus ideo privatus erat, possessionem restitutum, Ecclesiastica tamen, quam pro delicto subierat, disciplina adprobata.

Pocula majorum no-

§. XII. Utebantur autem in conviviis suis & compotationi-

tionibus ſcyphis, pateris, craniis item hoſtium occiſorum. De Longobardis id probat *Warnefridus* lib. 1. c. 27: *In eo prælio Alboin Cunimundum occidit caputque illius ſublatum ad bibendum ex eo poculum fecit: quod genus poculi apud eos ſchala* (Germanis hodieque *eine ſchale* pro patera in uſu eſt, & cranium humanum iisdem dicitur eine Hirn-ſchale) *lingua vero latina patera vocitatur.* Simile de Bojis habet *Livius* l. 23. c. 24: *Spolia corporis caputque Ducis* (Romani ſcil. Poſtumii) *præciſum Boji ovantes templo, quod ſanctiſſimum eſt apud eos, intulere: purgato inde capite, ut mos eis eſt, calvam auro cælavere, idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent, poculumque idem ſacerdoti eſſet ac templi antiſtibus.* De Scythis *Herodotus* l. 4. teſtis eſt. De Scordiſcis, poſteris Scytharum *Rufus Feſtus in Breviario.* De Gallis *Diodorus Siculus* lib. 5. p. 306. ſeq. De Celtis *Silius Italicus lib.* 13:

ſtrorum erant interdum craniæ humanæ.

At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant.

De Septentrionalibus rem certam facit *Vaulundar qvidu*:

Enn þær skalar
Er und skaurom voro
Sueip hann utann ſilfri
Selldi Nidadi.

h. e.

h. e.

Crania autem illa
Quæ pericraniis ſuberant
Argento obduxit (Volundus)
Et Nidado tradidit.

Et Godruna Atlam virum alloquitur in *Atlamalom*:

Maga hefir þu þinna
Miſt sem þu ſizt skylldir
Hauſa veitz þu þeirra
Hafda at aulskalom.

h. e.

Filios tuos
Amiſiſti modo quo minime velles;
Crania noſti eorum
Pro poculis cereviſiariis uſurpari.

Apud *Barthol. Ant. Dan. lib.* 2. c. 12. p. 556. ſeq. eadem habentur in *Eddæ Mythol.* 76.

Frequentiſſime autem cornua.

§. XIII. Uſitatiſſimum autem poculorum genus erant cornua bubalina. *Plinius Hiſt. Nat. lib.* XI. c. 37: *Urorum* (Germanis *Auerochſen*) cornibus barbari *Septentrionales potant, urnasque binas capitis unius cornua implent.* conf. *Snorronis Konung Harald Harfagers Saga cap.* 15. *Thomas Bartholinus pater cap.* 30. *de unicornu.* Neque eis tamen ſemper ſua deerant ornamenta. *Saxo* enim l. 5. p. m. 94. de convivio, quod Rex Britanniæ Frothoni III. exhibebat, ſcribit: *Nec bubalinorum cornuum, quibus potio*

potio promeretur, uſus aberat. Aureis cœna pateris refulgebat, nitidioribus onuſta poculis, quæ plerumque fulgentes interſtrinxerant gemmæ &c. Dani igitur, ut patriæ pace loquar, ſiccandis certatim calicibus aſſueti, ingenti ſe oneravere vino. Cæſar lib. VI. de B. G. poſtquam pluribus Urorum ſpeciem deſcripſerat, adjicit: *Amplitudo cornuum & figura & ſpecies multum a noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſe conquiſita, a labris argento circumcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.* conf. *Iſidorus lib.* XII. Orig. c. 1. Ita inter alia Monaſteriis Normanniæ a Gulielmo II. Angliæ Rege dono oblata fuerunt anno 1068. *vaſa aurea vel argentea, item bubalina cornua fulvo metallo circa extremitates utrasque decorata,* teſte *Oderico Vitali Hiſt. Eccleſ.* l. 4. p. 507. qualia paſſim hodieque monſtrantur in templorum ſacrariis principumque cimeliis. (*n*) Prædia imo & bona alia exhibitione & propinatione cornuum antiquitus fuiſſe abalienata pluribus probat *Stephan. in not. ad Saxonem* p. 127. *ſeq.* & *Worm. Monum. Dan.* l. 1. p. 44. *Inulphus* ſcribit: *conferebantur multa prædia nudo verbo absque ſcripto vel charta tantum cum Domini gladio* (vide quæ ſupra monuimus) *vel*

n) De cornu Oldenburgico, & eo, quod prope Tunderam Holſaticæ urbem repertum eſt, alius dicendi locus erit. Exſtat etiam *in novis literariis maris Balthici menſ. Febr.* 1701. p. 60. ſeq. Commentatio de cornu Septentrionali antiquo affabre cælato, ex Muſeo Jac. a Mellen, Eccleſ. Lubec. Presbyteri. Inter varia ejus ornamenta obliquo ductu ſecundum longitudinem decurrunt priſcæ admodum literæ, quas Celebert. *Otto Sperlingius* ita legit:

Digitized by Google

vel galea, vel CORNU vel cratera. Pertinet ad hunc cornuum uſum & conſecrationem in ſacris præcipue compotationibus, quod habet *Indiculus Superſtitionum Liptinenſis* §. 22. DE TEMPESTATIBUS, ET CORNIBUS ET COCLEIS. Nempe quid cochleæ ſint, declarat *Jonas in vita S. Euſtaſii Abbatis Luxov. Nequaquam reor eſſe contrarium religioni, ſi cochlea, quam Chriſtianus lambit, vel quodcunque vas aut poculum, crucis ſigno munitum, cum per ſigni adventum dominici pellitur peſtis adverſantis inimici.*

Etymologia vocis HORNUNG, qua Germani menſem Februarium adpellant.

§. XIV. Ab hiſce tandem cornibus ſive poculis menſem Februarium Germanis *Hornung* denominatum credimus. Equidem Illuſtris *Leibnizius* non dubitavit illud nominis a KERNUNNO ſive Cernunno Deo derivare, quem hactenus ignotum inter alios nobis exhibuerunt Monumenta Celtica Lutetiæ Pariſiorum 1711. effoſſa, (o) ſenem, barbatum, capite

Kong Olafur krisne
Ord kendi lidum thui
Vi havldvm hanſar
Eidre og snild.
h. e.
Rex Olaus Chriſtianam
Religionem docuit homines, ideo
Nos celebramus ejus anniverſarium
Honorem & ſapientiam.

o) e fundamentis Eccleſiæ Cathedralis. Contulimus ea anno 1714. & ſequenti aliquoties cum lectionibus Illuſtrium virorum *Baudelotii* & *Moreau de Montour*, quorum delineationes minus deprehendimus

Digitized by Google

Fig. XIII. ad Disquisit. Historic. § 14.

Digitized by Google

Fig. XIV. ad Sydw. §. 14. Egypt.

Digitized by Google

capite duobus utrinque cornibus insigni, quorum inferioribus circuli duo adpensi, prout adjecta figura ænea XIV. ante oculos ponit. Cujus sententiæ difficultates cum sint plures, iis hoc loco obviam eundum non putamus. (*p*) Illud certum est, sacra Jolensia, omnium præcipua quæ majores nostri celebrabant compotationibus & cornibus evacuandis (pro genio nationis omnia facilius quam sitim tolerantis) antiquissimis temporibus incidisse in finem Januarii mensis & initia Februarii. Ut enim cætera testimonia nunc omittam, *Olafs Saga* pro nobis loquitur *cap.* 69: *In Sueonia antiquus mos fuit, dum obtinuit gentilismus, ut Upsalæ universale sacrificium perageretur mense Februario: sacrificandum tunc erat pro pace & victoria regis coëundumque illuc ex universo regno.* Prohibentur hæc sacra & pocula in Indice superstitionum Liptinensi sæpius citato §. 3: *De Spurcalibus in Februario.* Ob compotationes autem solennes ipsi sacrorum dies in fastis Runicis cornuum insigni notabantur, quod patet ex subjuncto schemate hieroglyphico, quod *Verelius* in lucem dedit *not. ad Hervarar Saga cap.* 56. & nos exhibemus figura XV. Sistit continuatam festivitatem a die Thomæ Apostoli ad 14. Januarii diem *Fig. XIV.* *Fig. XV.*

accuratas, alio loco cum prolixiore Commentario emendandas.

p) *Rudolphus Hospinianus de festis Judæorum & Ethnicorum* p. 72. Februarium mensem dictum putat *Hornung* a cornuum mutatione, quam cervi ea anni tempestate subeunt. Quæ ratio tamen nec adæquata nec vera satis.

Digitized by Google

diem, quo ad operas erat redeundum, unde Rhythmus *Knut körer Julen ut*, h. e. Canutus ſive 13. dies Jan. genialibus diebus finem imponit. Omnium horum dierum inſigne cornu illud lætitiæ eſt, erectum ac velut cereali liquore impletum. Canutus autem, ſive 13. Jan. dies idem ſiſtit cornu everſum & vacuum finitorumque ſacrorum & compotationum ſymbolum. (*q*) Nec obſtat, quod ſchema noſtrum Januarii menſis dies recenſeat, non Februarii, cum feſta illa Jolenſia ſubſecutis demum temporibus, ut facilius Chriſtianorum ſacris adſueſceret populus, in nativitatis Chriſti tempus Regum juſſu rejecta & reducta conſtet, quæ Februario menſe debuiſſent peragi. *Hornungs-Monath* igitur menſem ſacrum, feſtum ac poculis vel cornibus ante alios dicatum interpretamur, quemadmodum Novembris menſis, Anglis quondam *Blotmonat* (ſacrificiorum menſis) Aprilis *Eoſtur-monath*, Februarii etiam *Sol-monath*, Septembris *Halegmonath*, ſuas a ſacris gentilibus nacti ſunt denominationes.

q) Vidimus alios etiam faſtos Runicos cornu conſpicuos, de quibus dubitare videtur Sperlingius in *Diſſertatione* doctiſſima *de nomine & feſto Juel* §. 24. Inter alios, ejusmodi faſti videri merentur Cellæ apud Clariſſimum Heinſium, Tribunalis juſtitiæ Secretarium, ejus collectanea curioſa artis naturæque, ut & ſingularem humanitatem jure meritoque ſuſpicimus. conf. *Worm.* l. 3. p. 147. *Olai Rudbeck Atlant. Tom.* II. p. 165. ubi inter alia exhibet Calendarium Runicum, quod poſt diem 19. Januar. 12. cornua oſtendit ordine ſequentia, adjecto autem ad diem 8. Februar. inverſo cornu.

INDEX

DISSERTATIO
DE
MVLIERIBVS FATIDICIS
VETERVM CELTARVM
GENTIVMQVE SEPTENTRIONALIVM;
SPECIATIM
DE MATRIBVS ET MATRONIS, MAIR, DRVIDIBVS FOEMINIS, VOLIS, GENIS, ALIRVNIS, VELLEDA, AVRINIA, GANNA, IETTHA &c. RELIQVIISQVE SVPERSTITIONVM GENTILIVM IN COETIBVS CHRISTIANORVM QVOD AD HANC ATTINET MATERIAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

§. I.

DE NEHIS veterum Celtarum gentiumque Septentrionalium primi, quantum meminimus, certiora e tenebris in lucem protraximus in Diſſertatione jam anno 1717. Cellæ typis impreſſa de Dea Nehalennia, numine peculiare ei regioni, quæ hodie Walachriæ inſulæ terminis circumſcribitur. (*a*) Æquum nunc eſt, ut de MATRIBVS ſive MATRONIS & ALRVNIS majorum noſtrorum planiora in medium adducamus, ne perperam invicem confundantur. Illæ undarum præſides erant, Nymphæque commode poſſunt nominari; hisce quæ vivis ante ferebatur accepta urbium camporumque tutela, poſt mortem etiam credebatur commiſſa.

Differentia inter Nehas & Matres.

§. II. Scilicet, quamquam in nonnullis capitibus durior apud majores noſtros ſequioris ſexus conditio videri poteſt multoque inferior viris arma ferrumque tractanti-

Honos fœminino ſexui a majoribus noſtris habitus.

a) Antiquiſſimum gentis nomen nos latet. *Toxandros* in univerſum eas oras incoluiſſe, qui pluribus tamen nominibus ſeparatim veniebant, teſtem habemus *Plin. Hiſt. Nat.* l. 4. c. 17.

Digitized by Google

bus; (*b*) in iis tamen, quæ ad pacis artes vitamque reliquam pertinebant, tantum abeſt, deteriori loco habitas fuiſſe, ut potius divini quidpiam iis ineſſe crediderint. *Tacitus de Morib. Germ.* hujus rei documentum nobis præſtat *cap.* 8: *Memoria etiam proditur, quasdam acies inclinatas jam & labantes a fœminis reſtitutas conſtantia precum & objectu corporum, & monſtratæ cominus captivitate, quam longe impatientius fœminarum ſuarum nomine timent; adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obſides puellæ quoque imperantur. INESSE QVIN ETIAM SANCTVM QVID ET PROVIDVM FOEMINIS PVTANT, NEQVE AVT CONSILIA EARVM ASPERNANTVR, AVT RESPONSA NEGLIGVNT.* Quod fere de Celtis repe-

Earum deterior conditio in nonnullis.

b) unde nec gaudiorum Valhalliscorum participes erant, niſi violenta morte una cum marito extinctæ; nec qui fœminam læſerat vel interfecerat apud Saxones plus quam dimidium iſtius multæ, quæ in cædem maſculorum ſtatuta erat, ſolvebat. vid. *Specul. Sax.* l. 3. *art.* 45. Ex eadem porro cauſa, quod arma non tractantium minor in Rebuspublicis vi ferroque innixis videbatur utilitas, neque feudorum habebantur capaces, niſi de aliis temporibus, quam de quibus nobis ſermo eſt, ea malimus interpretari.

Digitized by Google

repetit *Polyænus in Stratag. lib. 7: Celtæ inteſtina ſeditione laborabant. Qui cum jam ad bellum arma ſumſiſſent, uxores eorum ſe inter medias acies opponentes, crimina deprecabantur: & transegerunt, ut viri in gratiam redeuntes litem deponerent. Et vicatim oppidatimque in poſterum, ſi quando Celtæ conſilium ineunt de bello, de pace, aut etiam aliis, quæ communiter ad ipſos aut ad ſocios pertinent, ſingula de mulierum ſententia adminiſtrantur. In fœderibus igitur cum Annibale factis continetur, ne Celtæ Carthaginenſibus exprobrent, Carthaginenſium Hipparchos atque Duces eſſe judices: neque Celtis Carthaginenſes objicerent, Celtarum mulieres judicare.* Confirmat hunc Celtarum morem *Plutarchus*, qui conſultationibus eorum omnibus de pace deque bello fœminas adhiberi earumque interventu, quæ cum vicinis ſubortæ ſuerint, lites componi memoriæ prodit *in libello de virtutibus mulierum: ἐκ τούτου διῆλθον, περὶ τε πολέμου καὶ εἰρήνης βουλευόμενοι μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους ἀμφίβολα δι' ἐκείνων βεβαιούμενοι.* In immodicam hanc fœminarum autoritatem *Tacitus* etiam digitum intendit *Hiſt. lib. 5.* Batavorum rebellionem adverſus Romanos pertæſorum hæc inter alia refe-

Digitized by Google

rens verba: *Si dominorum electio, honestius principes Romanos, quam Germanorum fœminas tolerari.* Neque enim de dominio gentis ista intelligenda esse idem scriptor iis locis persvadet, quibus summam imperii Ducibus semper & strenuis bello viris commissam fuisse indicat, solisque Sitonibus fœminam dominatam.

Credebantur fatidicæ.

§. III. Origo hujus rei non aliunde deducenda, quam quod iste sexus inter otium pro more gentis delitescens, viris interim venationibus & bello deditis non aliud fallendi temporis medium noverat, quam ut sauciorum corpora curaret, saltibusque inerrans herbas colligeret morbo decumbentium medelæ futuras. Cui cum accederet istius sexus, aniculārum præsertim, ad omnes superstitionum ineptias imbecille ac pronum ingenium, multa quoque somnia sibi fingens, quæ vera credit, eo tandem res deducta est, ut singularem quandam futura prævidendi vim mulierculis inesse crederent, (c) Docet id *Cæsar de B. G. lib.* 1. c. 50: *Quum*

c) Festive perstringit *Strabo* ingenia fœminarum viros ad curiosiores cultus Deorum, festos Dies, &c. invitantium; docens, quo pacto superstitionum autores existimandæ

Quum ex captivis quæreret Cæſar, quamobrem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſam, quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet ut matresfamilias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælio committi ex uſu eſſet nec ne: eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam lunam prælio contendiſſent. Similiter *Strabo Geogr. lib. 7. Morem fuiſſe*, inquit, *Cimbris uſitatum ferunt hujusmodi. Uxores eorum, quæ una cum viris in bellum proficiſcebantur, fatidicas quasdam comitatas fuiſſe ſacerdotes, capillo cano, candido veſtitu, carbaſinis amictas ſagulis, quæ fibulis ſubnectebantur, cingulo cinctas æreo, nudisque incedentes pedibus.* Rationem autem qua Germanorum mulieres vaticinia ſua peregerint, diſcimus ex *Plutarcho in Cæſare* p. 717. *(editionis Pariſ.* 1624. *fol. Tom.* I.) ἔτι δὲ μᾶλλον

ſint. lib. 7. p. m. 456. Neque ullæ fere genti fatidicæ defuere mulieres ſecretos humanarum rerum nexus ſacro velut furore canentes. De Sibyllis nota res eſt. De aliis conſuli poſſunt *Arianus* IV. 2. *Curtius lib.* 8. c. 6. *Zonaras Tom.* III. *Vopiſcus in Floriano* c. 4. In ſacris etiam literis vaticinatæ reperiuntur fœminæ, ſed parcius. vid. Clement. Stromat. l. 1. Mauri, teſte Procopio, fœminas tantum vates habuerunt, virisque apud illos vaticinari interdictum erat.

Digitized by Google

λον αὐλὲς (Γερμανὲς) ἤμβλυνε τὰ μανλεύμεν-τα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ πολαμῶν δίνας προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι, προεθέσπιζον, ἐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. h. e. Magis insuper vaticinia percellebant illos (Germanos sub Arioviſto) fatiloquarum mulierum, quæ amnium vorticibus inſpectis rivorumque gyris & ſtrepitibus notatis futura præcinebant. Hæ ſigna conferre, antequam illuxiſſet nova luna, vetabant. Unde *Clemens Alexandrinus* ea hauſit, quæ habet *Strom.* l. 1. p. 305. (*edit. Colon.* 1688. *fol.*) εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ Γερμανοῖς αἱ ἱεραὶ καλέμεναι γυναῖκες, αἳ πολαμῶν δίναις προβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις, τεκμαίρονται καὶ προθεσπίζουσι τὰ μέλλοντα. ἄυλαι γᾶν ἐκ εἴασαν αὐλὲς τὴν μάχην θέσθαι πρὸς καίσαρα πρὶν ἐπιλάμψαι Σελήνην τὴν νεάν. h. e. Sunt autem etiam apud Germanos ſacræ quæ vocantur mulieres, quæ fluviorum vortices proſpicientes, fluentorumque ſonitus ac circumvolutiones, futura conjiciunt & prædicunt. Eæ non permiſerunt, ut ipſi cum Cæſare pugnarent, antequam nova luna illuxiſſet. Aliam rationem prodit *Strabo* l. c. nempe eas per caſtra captivis occurriſſe ſtrictis gladiis

gladiis proſtratosque ad craterem æneum amphoras circiter XX. capientem adduxiſſe, ſuperque eum miſeris gutture inciſo, e ſanguine ſuam captaſſe divinationem. Addit, reliquas cadavera in partes ſecaſſe inteſtinisque ſpectatis victoriam ſuis vaticinatas eſſe.

Imo quædam inter numina habebantur.

§. IV. Quid quod tanta demum cepit incrementa cœca iſta ſuperſtitio, ut in numerum Dearum referrent fatidicas fœminas? In dubium illud vocare nonnullis placuit, qui tamen *Taciti* locum de Velleda aut nunquam aut non ea, qua par erat, accuratione inſpexerunt. Scribit enim *Hiſt. lib.* 4: *Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœminarum fatidicas & augeſcente ſuperſtitione arbitrantur DEAS. Tunc Velledæ autoritas adolevit, nam proſperas Germanis res, & excidium Legionum prædixerat.* Eum autem honorem fœminis non ex adulatione, ſed quia re vera numinum loco habebantur, fuiſſe delatum, expreſſis verbis indicat *lib. de Morib. Germ.*

Hæ adpellabantur matres familiarum.

§. V. Matres familias Cæſar adpellat loco modo allegato. Matrum mentio creber-

milias & matres, item matræ.

rima in monumentis tum patriæ noſtræ tum earum regionum, quarum incolas communia ſacra cum majoribus noſtris habuiſſe alio loco certum faciemus. Nominantur in nonnullis etiam marmoribus MATRÆ, voce ipſa barbaricæ ruditatis quidpiam ſecum ferente, vel quia e campeſtribus locis, (*d*) quibus minor puræ Latinitatis cura erat, harum Dearum notitia in cultiora loca urbesque demum fuit advecta.

Inſcriptiones Viennenſes de Matribus & Matris.

§. VI. Vienna Allobrogum præ cæteris multos in hanc rem exhibet lapides inſcriptos. Exſtat una ſub campanis S. Petri

MATRIS

d) unde dictæ occurrunt Matres Gallaicæ, Vapthiæ, Pannoniorum & Dalmatiarum, campeſtres pariter & a ruricolis cultæ.

Digitized by Google



Falluntur, qui MATRIBVS linea prima legendum putant. Gruterianam enim hanc delineationem Pag. XC. n. 1. confirmant aliæ non disſimiles inſcriptiones. Conveniunt etiam in hac *Boſco in Bibliotheca Floriac.* & *Golniz in Itinerar.* p. 446. *Les recherches du Sieur Chorier ſur les Anti-*

Antiquités de la ville de Vienne lib. 3. p. 260. ſeq. excepto quod iidem Autores habent lin. 3. DIMARIVS; Golnizius lin. 4. M. ESSVLIVS; & Pighii exemplar lin. 3. L. MARIVS. In Antiquitatibus Galliæ Manuſcriptis Doctiſſimi Dageraht Can. Stæ. Crucis Hildeſ. (quæ marmora Clairmontii, Polignaci, Viennæ, Aquis Sextiis, Arelate, Nemauſi, Narbonæ exſtantia continent) linea ſecunda lego AVGVSTISS & lin 3. D. DIMARIVS.

§. VII. Aliam ex *Johannis a Boſco Biblioth. Floriacenſi* deſumptam, quæ ibidem in cœnobio S. Columbæ ſacro legitur, exhibet *Gruterus* P. XC. n. 5.

MATRIS

Linea 2. AVGVSTIS legendum esse præter *Chorierium* alia quoque hujusmodi monumenta monent. *Atitius* est linea 3. in *Verderii* schedis, cujus lectio tamen non minus respuenda, quam Gruteriana, cum *Chorier* & *Jac. Spon* (Recherche des Antiquités & curiosités de la ville de Lyon pag. 88.) diligentissimi horum marmorum inspectores illarum loco reponant CATILIVS. conf. *Menestr. Histoire*

Digitized by Google

ſtoire de Lyon pag. 129. Similis enim plane Inſcriptio exſtat in monaſterio PP. Trinitatis, niſi una eademque potius cura Langeſii Lugdunum translata.

Inſcriptiones Lugdunenſes.

§. VIII. Lugdunum etiam marmora habet Matrum Dearum memoriam repetentia. Tale eſt ſequens, olim in ædibus S. Juſti, nunc in horto monaſterii S. Trinitatis.

ap. *Gruter.* l. c. n. 1. qui tamen lineam ultimam omittit. conf. *Spon.* l. c. *pag.* 90.

§. IX. Aliud Lugdunenſe fragmentum ex *Paradino* refert *Gruterus* P. LXXXIX. n. 12:

MA-

Digitized by Google

MATRIS. AVG.
L. DEXTRIVS
APOLLINARIS

quam longe a vero aberret *Paradinus*, qui de Matre Auguris intelligit inſcriptionem, ſupervacaneum foret pluribus hic exponere.

§. X. Simile in medium adducit R. P. *Claudius Franciſcus Meneſtrier in Hiſt. Lugdunenſi (Hiſtoire Civile ou Conſulaire de la ville de Lyon. à Lyon* 1696. *fol.*) *pag.* 7. Tres virgines exhibentur quarum unaquæque utra que manu pomum, fertilitatis ſignum, tenet, mediæ autem inſuper adſculptum eſt cornu copiæ lævo humero imminens addita ſubſcriptione:

MAT. AVG. PIE. EGN. MED.

Reineſius Syntagm. Antiquarum Inſcriptionum Art. CLXXIII. p. 187. PHILOGENEM MEDICVM legendum conjicit, inque hunc modum Inſcriptionem concipit

M. ATR. AVG.
PHL. EGN. MED.

§. XI.

§. XI. Sequens exſtat in Monaſterio RR. PP. Recollectorum ejusdem urbis Lugdunenſis



Recherche des Antiquités & Curioſités de la ville de Lyon par J. Spon. D. M. à Lyon 1675. 8. *pag.* 41. Domus Sædiorum in cujus honorem Eutyches Caji Libertus ædem ſacram cum ara dat, inter illuſtres veteris Lugduni familias dubio procul computanda. *Gruterus* eandem Inſcriptionem e *Verderii* ſchedis, operi ſuo inſeruit pag. XC. n. 3. in eo tamen emendandus, quod omiſſo plane inventi lapidis loco linea 3. pro *Sadiorum* habet Sediorum.

§. XII.

§. XII. In alio lapide Lugdunenſi Sappiena Lychnis votum Matris ſolvit lubens merito:

SAPPIENA
LYCHNIS
MATRIS
V. S. L. M

Jac. Spon. l. c. p. 194. & in *Miſcellan. eruditæ Antiquitatis Lugduni* 1685. *editis fol. pag.* 105. Signum ⊣ ſæpius præſentat literam H in Inſcriptionibus, ut apud eundem *Sponium* Antiqu. Lugd. p. 25.

§. XIII. Vaſione etiam nonnulla hujusmodi monumenta viſuntur: *Vaſionenſes.*

MATRIBVS
AD CVLTVS
VASSEDON.
S. F. V. S. L. M.

quod ex *Boiſſæi Miſcellis Sponius* refert Miſc. Erud. Ant. p. 105. (*e*) qui duo alia

e) Linea prima AVGVSTIS legendum eſſe nullus dubito. Reineſius integram Inſcriptionem in duas lineas diſpeſcit legitque linea nobis tertia *VASio VOCONtiorum, Synt. Inſcript. Antiqu. Art.* CLXXIV. p. 188. Cujus viri recordatio nunquam ſine admiratione ſubit. Tantum in eo eminebat

Vaſionenſia etiam ſiſtit ex ſchedis R. P. *Colomby*. Primum eſt:

MATRIBVS
V. S. L. M.
Q. ABVDIVS
FRONTONIS L.
THEODOTVS.

Alterum terminationem efformat in *abus*:

MATRABVS
V. S. L. M.
EVNEOS SEX.
AFRANI L.

Inſcriptio Aquis Sextiis exſtans.

§. XIV. Aliud marmor Aquis Sextiis cernitur apud D. Thomaſſin de Mazaugues, Parlamenti Conſiliarium.

T. POM.

lectionis ſtupendæ varietas ingeniique in extricandis difficilioribus nodis felicitas, ut palmam præruptarus videatur omnibus quotquot antiquarum rerum curam ſuis ſtudiis non duxerunt indignam, ſi pares tantis auſibus fortunæ, efficacior Mæcenatum favor librarjaque ſupellex uberior præſto fuiſſent.

Digitized by Google



apud *Spon. Miſcell. Erud. Antiqu.* p. 105.

§. XV. Prope Segobrigam Hiſpaniæ effoſſus lapis: *Segobrigæ.*

MATRIBVS
TER
MEGISTE
V. S. L.

Gruterus Pag. XC. n. 7. conf. *Las Andigue-dades de las ciuda dos Eſpanna, que eſcreviæ Ambroſio de Morales natural de Cordoua &c. en Alcala de Henares* 1575. *fol.* f. 18.

§. XVI. Latius ſeſe diffuderat Matrum harum cultus. *Warbeliæ.*

Digitized by Google

Namque in ruinis etiam Warhel Transylvaniæ inventum lapidem ex Lazio & Cluſii Siglerique ſchedis adducit *Gruterus* Pag. LXXXIX. *num.* 11:

MATRI. AVG.
PRO. SALVTE. IMP.
CAES. M. ANTONI
GORDIANI. PII
FELICIS. AVG.
M. ANTONIVS
EQ. R. DEC. M. APVL.
SACERDOS. ARAE
AVG. N
CORONATVS. DAC
III. DD.

Tordæ. §. XVII. Neque forte injuria in hunc cenſum referimus Marmor Tordæ quinque ab Alba Julia milliaribus repertum literis latinis, ſed hactenus minus intellectis, deſcriptorum forſitan aut incuria aut ignorantia. Refert id *Gruterus* e Cluſii ſchedis P. CLX. n. 5.

GEN.

Digitized By Google

vox LIBISOSCANI, quæ in alia Inſcriptione occurrit apud eundem *Gruterum* P. CCLX. n. 3. lucem adfundere poteſt lineæ ſecundæ ſed ſubobſcuram valde. Linea quarta *AVGuſtis MATRABus* legendum eſſe, non inani forte conjectura adſequimur.

§. XVIII. Neque intra continentis terræ terminos ea ſuperſtitio hæſit, ſed Britannicas etiam oras vanitate ſua invaſit. Facit *in Weſtmorelandia.*

huc ara prope Lowther in Weſtmorelandia reperta.

DEABVS MATRIBVS
TRAMAI. VEX. CERMA
P. V. R. D. PRO SALVTE
R. FVS. L. M.

Non me præterit, Virum Celeberrimum cum *Schedio de Dîs Germ.* c. 8. *fin.* p. 118. TARAMVM vel TANARVM Deum ex TRAMAI facere; verum obſtat illud, quod Jupiter Taranus ſive Thor primo loco ſine dubio nominandus fuiſſet. Quare lubentes accedimus ſententiæ Doctiſſimi *Thomæ Gale*, qui in *Comment. ad Antonini Iter Britannicum* p. 7. legit BRAMÆ VEXILLATIO GERMANORVM, vel VEXILLARIVS. Habemus enim in ea regione BREMENIVM de quo *Antoninus* pag. 6. quodque BRAMENIVM legendum tum ara modo adducta tum *Anonymus Ravenas* indicant. Imo lapidem potius Deabus Matribus Tramai vel Bramæ cultis poſitum exiſtimamus, haut infrequenti uſu, ut nomina urbium, quæ Matres ſingulari cultu proſequebantur, ſimul exprimerentur, uti

ex

ex infra dicendis eluceſcet. Cæterum idem marmor legas apud *Seldenum de Diis Syris* p. m. 288. ubi addit: *Quid ſibi vellet Tramai ne hariolari quidem auſus ſum.*

§. XIX. Ad Britannicas quoque Matres pertinet ara, quam in meridionali Tinæ ripa prope Shields erutam edidit *Martinus Liſter* M. D. *in Philoſophicis Regiæ Societatis Britannicæ Tranſactionibus* N. 145. & ex iis *Gale* l. c. p. 9. *prope Shields.*

IS MATR
B PRO SALV
F M R E
ANTONINI

LVBENS M
OB REDITV

Poſita eſt hæc ara (cujus nonnullæ literæ deletæ ſunt) Diis Matribus pro Salute Marci Antonini gratesque iis lubenter meritoque relatæ ob felicem illius reditum.

§. XX. In Epiſcopatu Dunelmenſi ara inventa ſic inſcripta: *In Epiſcopatu Dunelmenſi.*

DEAB.
MATRIB. Q. JO
-- -- CL. QVIN
TIANVS -- -- COS
V. S. L. M.

vide *Cambdeni Descript. Britanniæ* p. m. 313. a Cambdeno acceptam operi intexuit *Gruterus* P. XC. n. 8. (*f*)

in Lancaſhire. §. XXI. Alia pulcherrima & majorum animalium ſacrificiis peragendis apta apud Brigantes (Lancaſhire) fuit detecta:

DEIS MATRIBVS
M. INGENVI-
VS ASIATICVS
DEC. AL. AST.
SS. LL. M.

Cambden. l. c. qui in eo magnopere fallitur, quod præter duas has in Britannia effoſſas Inſcriptiones non alias in toto orbe terrarum exſtare autumat, quem erro-

f) occaſione hujus lapidis *Thomas Reineſius* fuſius contra *Cambdeni* ſententiam adſerit, Conſules in Provinciis non fuiſſe. vid. *Reineſ. Epiſt. ad Caſp. Hofmannum & Chriſt. Adamum Rupertum, Profeſſores Noricos. Epiſt. ad Rup.* p. 82. ubi etiam lacunam lineæ quarta ita ſupplet, ut B. F. COS. h. e. Beneficiarium Conſulis intelligat.

Digitized by Google

errorem etiam errat *Joh. Seldenus in Jano Anglorum lib.* 1. Lineam quartam Inſcriptionis hujus Camdenus legit *DECurio ALæ ASTurum*; ego mallem ASTiferorum. Qui enim haſtati alias dicuntur, & Lanciarii nonnunquam in notitia Imperii Romani, *aſtiferorum* etiam nomine non raro veniunt, ut in marmore Viennenſi apud *Choricr* l. 5. p. 451:

SIG. GENII
NVMERIVS
EVPREPES
MAGIST
ASTIFEROR
D. D.

ultimæ literæ ſuperioris Inſcriptionis SS. LL. M. explicandæ ſunt: *Suſceptum Solvit Lubentiſſime Merito.*

§. XXII. In Scotia etiam ad vallum Severi repertum lapidem ſiſtit *Sponius in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis pag.* 105: *In Scotia.*

MATRIBVS
MILITES
VEXILL. JO
LEG. XXVI.
BRITTON
V. S. L. P. M.

Dicuntur etiam Mair. §. XXIII. In nonnullis lapidibus Matres hæ adpellantur MAIR. Metenſe, Grutero a Dionyſio Lebei-Batllio, in cujus ædibus exſtabat, ſiſtit tres puellas ſtolatas manu altera neſcio quid florum continentes, oſtenditque ſequentem tympani Inſcriptionem:

IN
HONORĒ
DOMVS DIVI
NAE DIS MAIRAbVS
VICANI VICI PACIS.

Gruter. Pag. XCII. n. 1. conf. hic ſubjunctam Figuram æri inciſam.

Ratio adpellationis. §. XXIV. Non eſt quod MAIRABVS convertamus in MATRABVS, quo inclinant omnes fere qui eam hactenus memorarunt. Quemadmodum enim in *Matrarum* adpellatione non admodum ſcrupuloſos fuiſſe vidimus, ita in aliis Monumentis Septentrionalem & Celticam Matrum denominationem plane retinuerunt, forte quod Latinam vocem vernaculæ non ex amuſi reſpondentem animadverterent. MEIIAR majoribus noſtris erant puellæ, unde in *Havamal.* 75: *Meijar*



Digitized by Google

Fig. XV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Meijar ordum skal mange trua, i. e. verbis puellarum nemo fidem adhibeat. *Meij*, puella, virgo eſt in ſingulari numero. *Hervar. Saga* c. 12. Inde in *Gautr. Saga Meijar mundur* eſt Dos. *Meijſtelpa* in Island Saga p. 180. *Lijten, Jungfru, Flicka*, puella. confer *Ol. Verelii Indicem linguæ veteris Scytho-Scandicæ ſive Gothicæ.* Celtis etiam MEIRIONES erat villica, colona, lactaria, interdum concubina Dynaſtæ & præcipui viri, quo ſenſu coincidit cum *Maer-wraig* & MAERES. Atque in hac genuina ſignificatione adhibetur à Jole de virgine Maria, ut quæ Dei Patris filium in utero geſtavit, ejus tamen ancilla fuit. Luc. 1: *Morwyn etto à meirionnes.* Etymon hujus vocis, ut & latinæ græcæque eſt vocabulum *Meithrin*, quod a Scythis ad Celtas propagatum enutrire, educare ſignificat. *Maer* etiam Celtis Præpoſitus eſt, a qua voce mallem Anglorum Major arceſſere, quam e latino fonte. Propius autem ad Matres noſtras accedit, quod *Meirion* Celtis ſacerdotem ſignificabat, *Meiriones* ſacerdotiſſam. vide *Davieſii Lexicon Cambro-Britannicum. Edda* præterea memorat tres Septentrionalium Deas, virgines fatidicas, quæ hominum ætates diſpenſant, & in

Mythol.

Mythol. XV. eadem plane ratione qua Matres noſtræ TRES MEYAR vocantur, neque incommode ad lapidem noſtrum poſſunt referri. Hæ ſunt, quas Hotherum vidiſſe fabulantur, cum inter venandum errore nebulæ perductus in quoddam ſilveſtrium virginum conclave incidiſſet, a quibus proprio nomine ſalutatus, quænam eſſent, perquirit. Illæ ſuis ductibus auſpiciisque maxime bellorum fortunam gubernari teſtantur. Sæpe enim ſe nemini conſpicuas prœliis ineſſe clandeſtinisque ſubſidiis optatos amicis præbere ſucceſſus. Saxo l. 3. p. 39. & 42. qui modo *Nymphas* modo Parcas nominat. (*g*) Mos etiam erat antiquis de futuris liberorum eventibus Parcarum oracula conſultare. Quo ritu Fridlevus Olai filii fortunam exploraturus, nuncupatis ſolenniter votis, Deorum ædes precabundus accedit, ubi introſpecto facello *ternas ſedes totidem nymphis occupari* cognoſcit. Prima liberalem

g) in Edda Scaldrorumque carminibus ſunt Nornæ. Græcorum etiam perſuaſio de tribus virginibus, ſub quarum auſpiciis mortalium fata erant, quasque μοῖρας adpellaverunt, nec non Romanorum tres Gratiæ ex eodem fonte dimanarunt.

Digitized by Google

lem puero formam, ſecunda liberalitatem, tertia invida parſimoniæ crimen adfixit. *Saxo* l. 6. p. 102. Cum vero templorum recentior ætas ſit, non incongrue pro templo antrum poterit intelligi. Fœminæ etiam parturientes olim haſce Deas precibus adibant, ut facilius dolore ac onere levarentur, quemadmodum neque hodie aniles fabulæ deſunt vulgo de ſpectris ſub mulierum ſpecie ſexui parturienti opem ferentibus. *Brynhilldar quida:*

Biargrunar skalltu kunna
Ef þu biarga vilt
Oc leysa kind fra konom
A lofa þær skal riſta
Oc of lido ſpenna
Oc bidia þa diſir duga.

i. e.

Runas auxiliatrices calleas,
Si auxiliari velis (puerperis)
Partumque faciliorem reddere;
Hæ in vola exarandæ
Artusque tum vola palpandi
Ac a Deabus (Diſir) auxilium petendum.

conf. Bartholin. Antiq. Dan. l. 4. c. 1. p. 613.

§. XXV.

Quænam sit Domus Divina.

§. XXV. Domus divinæ elogio, quod tum in noſtra Inſcriptione, tum aliis frequenter occurrit (nonnunquam etiam ſolis literis initialibus I. H. D. D. indigitatur) non alia mactatur, quam Imperatoria familia, pro cujus ſalute ac honore ſubditi vota ſuſcipiebant reddebantque.

Imperatorum inſana ambitio. Ejus initia & progreſſus.

Ut primum enim ſub jugum miſſa fuerat libertas Romana, aſſentatio ſervilis in Principum aulis eum locum occupavit, quem patriæ amor ante tenuerat, ipſisque Imperatoribus (ut fragilis eſt ad credenda, quæ ipſi blandiuntur, humana natura) perſuaſit, ineſſe illis aliquid divini. Crediderim nonnullos, quamlibet conditionis ſuæ ſatis conſcios, ſuis tamen rebus haud alienum duxiſſe, ut numina crederentur. CAESAR ipſe in amitæ laudatione pro roſtris jactaverat, ejus maternum genus a regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum eſſe. *Sueton. in Jul.* c. 6. Sedes tamen ipſius aurea in curia & pro tribunali, thenſa & ferculum Circenſi pompa, templa, aræ, ſimulacra juxta Deos, pulvinar, flamen, Luperci, appellatio menſis a ſuo nomine tantum

inter

inter alia populi odium in ipſum concitaverunt, ut juſte cæſus exiſtimatus ſit. *ibid.* c. 76. recenti ſcilicet libertatis memoria. AVGVSTI tempore ea peſtis radices quodammodo egit, cum non ſolum Apollinis filium dicerent, qui Principi huic blanditiis adrepere nefas non putarent, ſed ipſe etiam talem ſe haberi vellet. v. *Sueton. in vita ejus c.* 94. & 70. Exſtant tamen numismata Auguſti, quorum pars averſa Apollinem ſedentem exhibet. Adſcriptum hinc inde CAESAR. DIVI. F. plane ut ambiguum ſit, Divine Julii an Apollinis, inter inſcriptionem medii, ſe dicere velit filium. Scilicet nondum in omnium animis patrios mores adeo exoleviſſe intelligebat, ut honores cœleſtes a cive paulo ante æquali arreptos æquo animo pati potuiſſent. (*b*) Neque ipſi Romani omnem pudo-

b) Templa Auguſto in Aſia æque ac Gallia decreta novimus. Ea vero non ut Deo conſecrata fuiſſe ex eo elucet, quod Proconſules etiam eo honore coli ſolenne erat. vid. *Sueton. in vita Aug.* c. 52. Ipſe præterea Auguſtus, qua videri volebat civilitate, ea in nulla provincia niſi communi ſuo Romæque nomine recepit, in urbe autem (Italiaque etiam, teſte *Dione*) pertinacisſime abſtinuit hoc honore, atque etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſi-

Digitized by Google

pudoris ſenſum adeo depoſuerant, ut directis verbis Deum compellaſſent. (*i*) Quare cum e Græcia reverſo aram ſacrarent, FORTVNÆ REDVCI tantum inſcripſerunt ambiguo titulo, & tam ad Fortunam Deam, Comitem Auguſti, quam ad Principem ipſum flexibili. (*k*) Invaleſcente inde Dominorum urbis

tas conflavit omnes exque iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit. Sueton. l. c.

i) quamquam adſcitum & impoſitum *Auguſti* ſive *Divini & Sancti* cognomen jam quid humanam conditionem excedens inferebat.

k) Ejusmodi titulos plures Inſcriptiones ſubſequentium Imperatorum ſiſtunt, quarum nonnullæ haud perplexe Deam Fortunam innuunt, ut Divionenſis:

J. O. M. ET
FORTVNAE
REDVCI. PRO
SALVTE. ITV-ET
REDITV. TITI
FL. VETERIS
PATRONI

apud *M. J. Guenebauld* in opuſculo cui Titulus: *LeReveil de l'Antique Tombeau de Chyndonax, Prince des Vacies, Druides, Celtiques Diionnois avec les ceremonies des anciennes Sepultures. imprimé* 1623. 4to. *cap.* 19. p. 134. qui libellus, quanquam ſpurium plane monumentum explicat, (ut alibi fuſius monſtrabimus) ſuperficiariam etiam Autoris eruditio-

urbis potentia, ſubditisque graviſimæ ſervituti adſuetis, utrique omnem, quæ ſupererat, verecundiam exuerunt. Memorat *Eutropius Breviar. Hiſt.* l. 7. c. 15. DOMITIANVM ſe primum Deum adpellari juſſiſſe, cui tamen nummi æque ac marmora refragantur, e quibus conſtat, jam CALIGVLAM & NERONEM id nominis adfectaſſe. Et ille imprimis Templum Hieroſolymitanum impia profanatione ſibi voluit ſacratum titulo Jovis Illuſtris Novi Caji. vide *Philonem Legat. ad Cajum.* DOMITIANVM autem eo proceſſiſſe veſaniæ, ut cum procuratorum ſuorum nomine dictaret epiſtolam, qua aliquid edicebat publiceque imperabat, ſic inceperit: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet*, ex *Suetonio* diſcimus *in vita ejus* c. 13. *conf. Plinii Paneg.* c. 2. Ex eo Imperatores paſſim *Sacratiſſimi* & *Diviniſſimi* adpellantur, ipſi de ſe, *noſtrum numen:* ipſorum diplomata *ſacræ, divinæ lite-*

Cc *ræ;*

nem ubique prodit, ob raritatem tamen nonnunquam tanta (ut ita dicam) inſania fuit perquiſitus, ut in Auctione publica Bibliothecæ Sarraſianæ, Hagæ Comitum anno 1715. facta, ducentorum florenorum Belgicorum pretio venderetur. Nobis eum Illuſtris *de la Monoye*, Patris, benevolentia Lutetiæ conceſſit.

Digitized by Google

ræ; aula *ſacrum palatium, domus divina; ſacræ leges, ſacrum patrimonium, ſacrum ſtabulum, ſacræ largitiones*; quin imo Imperatorum *veſtigia ſacra*; Principis reſcriptum, *ſacrum Oraculum* (Juſtiniani ſcilicet ipſius §. 11. I. de Adopt.) &c. in legibus Romanis ad nauſeam usque frequentia occurrunt. Orbiculati quoque radii quibus divinæ Trinitatis perſonæ Sanctique hodie inſigniuntur, in gentilium etiam Principum nummis & imaginibus habentur, quos innuit *Lucanus lib.* 7. v. 458. de Cæſaris Apotheoſi:

Fulminibus manes, radiisque ornabit, & aſtris.

COMMODVS in literis ad Senatum ſe *Romanum Herculem* nominabat, teſte *Dione*, atque ad eum referenda Inſcriptio Gruteriana P. XLVIII. n. 10. HERCVLI ROMANO, (*l*) & ſimilia nummorum elogia apud *Johannem Vaillant.* (*m*) *Hercules*

l) conf. *Joach. de Sandrart in Stockau Admiranda Statuariæ* p. 70. *Boiſſard. Antiqq. Tom.* III. 101.

m) *in numismatibus præſtantioribus æreis Tom.* I. p. 212. & *Tom.* II. *de argenteis & aureis* p. 193. *Caroli Patin Imperatorum Roman. numism. ex ære mediæ & minimæ formæ.* Pariſ. 1697. *fol.* p. 209. *Joh. Harduini Opera Selecta* p. 793. *Hubert Golzii Oper.* T. I. p. 7.

Digitized by Google

cules Commodianus vocatur in nummo rariori apud *Ludovicum Savot* p. 381. (*n*) *Jovem exſuperantiſſimum* etiam (tanquam omnes alios Joves poſt ſe longe relinquentem) adpellare videtur nummus ap. *Jo. Vaillant* l. c. T. II. p. 194. cujus inſcriptio eſt JOVI EXSVP. Ita autem legendum eſſe monet marmor egregium, quod repertum in agro Wiltenburgenſi prope Trajectum ad Rhenum pondus 1400. vel 1500. librarum æquat, & poſt mortem Joh. Georgii Grævii ad amicum noſtrum integerrimum ENGELBERTVM VAN ENGELEN, Meg. D. Ultrajectinum, virum ſingulari humanitate & eruditione commendandum pervenit, in cujus ædibus id multoties contemplari nobis facultas fuit:

Oiſelii Theſaur. Numismatum antiquorum Tab. 44. p. 234. ſeq. *Spanhem. Epiſt.* 4. *ad Morell.* §. 2. p. 240. & *in opere egregio de uſu & præſtantia Numism. edit. Londin.* 1706. p. 562.

n) Diſcours ſur les Medalles antiques par M. Lovis Savot Medicin du Roy. Pariſ. 1627. 4.

Digitized by Google

JOVI. O. M. SVMMO
EXSVPERANTISSIMO
SOLI. INVICTO. APOLLINI
LVNAE. DIANAE. FORTVNAE
MARTI. VICTORIAE. PACI
C. ANTISTIVS. ADVENTVS
- - EG. AVG. PR. PR. DAT.

conf. *Reineſ. Synt. Art.* CCXLIV. p. 226. *Spon. Miſcell. erud. Antiq. Sect.* III. p. 72. qui aliam etiam Inſcriptionem Romanam pag. 71. adducit eodem *Jovis Exſuperantiſſimi* elogio inſignem. GETA & CARACALLA vocantur *Novi Soles* in Græca nummi Inſcriptione apud *Morellum in Specim.* p. 26. Fœminæ etiam ad omne malum pronæ huic exemplo non defuerunt. JVLIA SABINA enim *Nova Ceres*, JVLIA PIA *nova Veſta* nuncupatæ ſunt notante *Bonarota in ſuis Obſervat.* p. 40. 70. Statuam JVLIAE AVGVSTAE, (quam adulteriis tamen famoſam refert Æl. Spartianus) *Cereris* habitu exhibet *Laurentii Begeri Spicilegium Antiquitatis* p. 166. Alia plura Imperatorum numiſmata habemus inſignata *Neptuno Reduci, Soli Conſervatori Aug., Apollini Conſ. Aug., Jovi & Hercu. conſer. Augg., Jovi conſervatori, Marti conſervatori, Herculi Pacifero, Jovi Juveni*; ex parte fœminarum

Matri

Matri Deûm, Junoni, Dianæ, Cereri, Junoni Reginæ, Veneri cœleſti Auguſtæ, &c. quæ an ad Deos cœleſtes pertineant an ad Principes in ambiguo eſt, idque fortaſſe de induſtria. Clarior res eſt ex Inſcriptionibus, quæ oſtendunt, Principes a Diis ſibi adſciviſſe denominationes, ita ut DIOCLETIANVS ſe ipſum diceret *Jovium*, & MAXIMIANVS *Herculeum*. Documento eſt Inſcriptio Clunenſis Hiſpaniæ in pulchra columna apud *Gruter. Pag.* CCLXXX. n. 3:

DIOCLETIANVS. JOVIVS. ET
MAXIMIAN. HERCVLEVS
CAES. AVGG.
AMPLIFICATO. PER. ORIEN
TEM. ET. OCCIDENTEM
IMP. ROM.
ET
NOMINE. CHRISTIANORVM
DELETO. QVI. REMP. EVER
TEBANT.

conf. *ib. n.* 4. & P. CCLXXIII. n. 7. ubi ſequens lapis:

D. N. C. AEMILIANO FOR
TISSIMO. PRINCIPI
HERCVLI CONSERVATORI

Quis hic ſit Æmilianus *Panvinius* nos

edocet: *Sub. A. V.* 1014. *in Ægypto Auguſtus vocatus mox trucidatus.* Fulvium Æmilianum Ægypti Præfectum Imperantibus Valeriano & Gallieno memorat *Euſeb. Hiſt. Eccl.* lib. 7. c. 10. In marmoribus honori Imperatorum conſecratis nihil frequentius, quam formula NVMINIBVS MAIESTATIQVE EORVM, interdum expreſſe, interdum his literis D. N. M. Q. EJVS. h. e. Devotus Numini Majeſtatique ejus. Exempla habes apud *Sertorium Urſatum Monument. Patavin.* p. 199. *Chorier.* l. c. l. 3. pag. 330. *Reineſ. Synt. Claſſ.* III. n. 37. 38. 39. 46. pag. 315. 316. 320. *Gruter.* Pag. CCLXXII. CCLXXXI. & paſſim.

Alia Inſcriptio de Mair.

§. XXVI. Ne vero ancipiti unius Inſcriptionis fidei ſententiam noſtram de MAIRABVS ſuperſtruere videamur, aliam quoque in ſcenam producere non abs re fuerit, quæ in urbe Lingonum exſtat honori Domus Divinæ iterum dicata:

H. D. D.

Digitized by Google

H. D. D.
DEABVS. MAIR.
IVLIVS. REGVLVS. MI
LES LEGIONIS. VI.
ANTONINIANE. A
ABSARIVS. EX VO
PRO. SE. ET. SVIS
V. S. L. M.

apud *Gruter.* Pag. XCII. n. 2. alia quæ pro nobis pugnant, inferius, cum de reliquiis gentilismi agendum erit, dabimus.

Reinesii Conjecturæ de inscriptione ad Matres pertinente, refutatæ.

§. XXVII. Ad Matres etiam Reinesius referre non dubitavit lapidem primo statim obtuitu omnia alia magis indicantem, quam fœminas. Harum enim loquacitas propriis auribus non admodum amica credi posset. Est autem Patavinus his inscriptus lineis:

AVRIBVS
B. D. D
PETRVSIA
PROBA
MAGISTRA
GALGESTI
HERMEROT.

Vid. *Gruter.* P. LXXXIX. n. 6. *Scalig. in indice & Pign. in libro Symbolarum Epiſtolicarum Patavii anno* 1628. *edito, Epiſt.* 38. *ad Albertinum Bariſonum Abbatem. Marc. Zuer. Boxhorn. Emblem.* IX. qui aures inter Deas referunt nullo plane exemplo, meritoque inde a *Reineſio in Epiſtol. ad Hoffmannum* p. 51. confutati. conf. *ejusdem Ep.* 5. *ad Jo. Andr. Boſium* p. 22. *& præfat. Thomæ Crenii ad Muſeum Philologicum & Hiſtoricum* II. Neque tamen idcirco ſententiæ *Reineſii* accedere poſſumus, MATRIBVS legendum cenſentis. Fidem enim Gruterianæ lectioni conſtare *Sertorius Urſatus Monument. Patavin.* (Patavii 1652. ed. fol.) p. 265. diſerte adſerit. (o) Unde non abſonum fuerit ſtatuere, hanc inſcriptionem velut tabellam adpoſitam fuiſſe muneri Deæ dicato, ſive uniones fuerint ſive alius generis lapilli pretioſi. Explico enim cum *Gudio* AVRIBVS BONAE DEAE DICAVIT. Eodem plane modo quo Alexander Severus Imperator apud *Jul. Capitolinum: AVRIBVS VENERIS EOS* (duos uniones) *DICAVIT.* Lucem noſtræ

Gentiles ſimulacra & imagines

con-

o) De Magiſtra Galgeſii habes conjecturas *Reineſii in Epiſt. ad Hoffmann.* p. 56. multis tamen ſcrupulis obnoxias.

conjecturæ adfulſuram ſperamus ex Inſcriptione alia Placentina, quæ aures vel ſimulacra aurium argentea Minervæ conſecrata exhibet apud *Gruter.* P. MLXIX. n. 1:

membrorum morbo adfectorum adpendebant ſtatuis Deorum tutelarium, idque ex voto.

MINERVAE. AVG.
L. CALLIDIVS. PRIMVS
PRIXELLANVS. EX ARG.
LIB. II. ITEM. L. CALLIDIVS
PRIMVS. AVRES. ARGENTEAS
V. S. L. M.

conf. *Jac. Phil. Tomaſinus in Lib. de Donariis ac Tabellis Votivis 1639. edito.* Scilicet cum morbo decumberent Ethnici vota, ut fieri ſolet, pro ſalute ſuſcipiebant, priſtinæque ſanitati redditi ſignum vel ſimulacrum ejus membri, quod malo præcipue adfectum fuerat, in teſſeram gratitudinis numini, quod invocaverant, conſecrare ſolebant, ſimul ut ſingularis numinis favor ac poteſtas pluribus innoteſceret. Et hæc ſunt ſigna, quorum mentio frequens in veterum monumentis occurrit, ut in fragmento marmoris Villæ Vizoſæ in Hiſpania exſtante, quod alibi illuſtrabimus:

ENDOVEL
SACRVM
ANTONIA. L.
MANLIO. LA
E. V.
SIGNVM ARGENTEVM.

Gruter. P. LXXXVIII. n. 8. Endovellico Deo ſacrum eſt, cui Antonia ſignum argenteum dicavit ex voto. Id enim ſibi volunt literæ E. V. (*p*) Philiſtinos etiam hac perſuaſione fuiſſe imbutos, patet ex 1. *Samuel.* V, 6. Hiſce enim ad veri numinis iram placandam id conſilii ſuggerunt eorum flamines, ut illi 5. aureas nates & 5. mures ex eodem metallo fabrefactos dedicarent, indices 5. principum, qui cum tota gente cruciatibus in illa corporis parte & calamitatibus a muris illatis tandem fuerant fracti.

quod probatur exemplo Philiſtinorum.

Trans-

p) Alias ejusmodi Inſcriptiones legas apud *Thom. Reineſ. Synt. Art.* LXXXIV. *Gruter.* P. CX. n. 3. P. XXXVII. n. 13. P. XXXVIII. n. 1. *Marc. Welſerum Oper.* p. 406. *Smetium fol.* CXLVIII. 24. quamvis non inficias eamus, ſignum non raro etiam pro ſimulacro Dei ipſius poni, interdum pro ſtatua quacunque. vid. *Plin. Epiſt.* l. 3. *Epiſt.* 6. & *Lib.* 9. *Ep.* 39. *Phil. a Turre Monumenta veteris Antii Romæ* 1700. 4. *edita* p. 259. ſeq.

Digitized by Google

Translatus ille mos e gentilismi tenebris in Chriſtianorum cœtus, qui formas pedum, manuum, aurium, naſorum, mammarum, pudendorum &c. in templis ſuſpendunt, tum pro gratia in illis membris jam recepta, tum ut ea in poſterum etiam libera ab omni calamitate ſub Sancti tutela adquieſcant. Pauperes ligneis utuntur Symbolis, ditiores argenteis aureisve. Si gravior incubuit morbus picturæ integræ malum præſentantes adpenduntur, retenta etjam ex gentilibus monumentis & adſcripta formula: EX VOTO. Et talem anno 1716. Heidelbergæ in templo Sodalitatis Franciſcanorum animadverti. Nonnullis adjectæ conſpiciuntur literæ P. G. R. Pro Gratia Recepta. Veteribus Chriſtianis ejus generis dona dicebantur ἐκτυπώματα, & *Theodoretus Serm.* V. *de Martyr. Tom.* IV. p. 606. primus fuiſſe videtur, qui perſpicuam eorum injecit mentionem. Forte dicendum tunc erat, quod habet *Auguſtinus contra Fauſt. lib.* 10. c. 21: *aliud eſt, quod docemus, aliud quod ſuſtinemus: aliud quod præcipere jubemur, aliud quod emendare præcipimus, & donec emendemus, tolerare compellimur.* Illud plane

Ille mos ad Chriſtianos etiam translatus.

plane perſuaſum habemus, ejusmodi eſſe ſuperſtitiones, quas *indiculus Liptinenſis* prohibet §. 29: DE LIGNEIS PEDIBVS VEL MANIBVS PAGANORITV. ap. *Baluz. Capitul.* T. I. p. 151. niſi quis ariolari malit, materiam ligneam potius reprobari quam rem ipſam. Ligneos autem pedes de votivis illis donis intelligendos eſſe, ex eo patet, quod de fano idolisque a S. Gallo circa annum 527. Coloniæ deſtructis prodit *Schatenius* l. 5. *Hiſt. Weſtfal.* p. 303: *Hic*, inquit, *quo erat religionis fervore in Deum, conſpicatus Agrippinæ fanum idolorum cultu adhuc frequens (viſi enim in eo barbari gentili ſuperſtitione modo auri argentique dona, modo fercula ad potum vomitumque ebrii offerre: cultumque, quo nihil inſanius, iſtic ſimulacrum inanis Dei, cujus, ut QVEMQVE ADFECTI MEMBRI DOLOR PRESSERAT, SCVLPEBAT IN LIGNO EFFIGIEM, SVSPENDEBATQVE OPITVLATVRO IDOLO) adrepto clam igne ad illud ſe contulit, admotaque flamma totum incendit.* conf. *Clariſſ. Herm. Adolph. Meinders in Antiqu. Sax. & Franc.* p. 212. ſeq.

Matres in multis lapi-

§. XXVIII. Quæ matres vocantur in monumentis jam

adductis, in aliis etiam MATRONARVM adpellatione insigniuntur. Exstat Lomacii in Pario marmore haud longe a Novocomo Inscriptio dictis fidem faciens: *dibus etiam nominantur Matronæ.*

MATRON
V. S.
I. F. SIXTIVS
AGATHON.

apud *Grut.* P. XCI. n. 7. Lego: *Votum Solvens Jussit Fieri.* Dubius tamen, cum *Pighii* exemplar habeat FL. SIXTIVS.

§. XXIX. Vicomercati in agro Mediolanensi effossa arula, in cujus latere hinc inde patina & poculum, sequentia continet:

MATRONIS
L. S. A.

V. S. L. M.

Gruter P. MXVI. n. 5. Literæ L. S. A. in secunda linea videntur indicare L. *Statium Amandum*, cujus mentio etiam in alio Gruteriano lapide P. LIII. n. 3.

§. XXX. Salutiis in foro:

MA-

MATRONIS OMI
NITINVS. VIRIDEX
V. S. L. M.

Hanc inſcriptionem *Reineſius Art.* CCXXII. p. 213. de *Matronis Omnicinis* h. e. Vaticinis ſive fatidicis interpretandam duxerat atque adeo emendandam. Verum cognita genuina lectione, quam ex Alciatinis refert *Gruterus* P. MXVI. n. 6. conjecturis veritatem anteponere ſatius habuit. Genuina igitur lectio eſt: MATRONIS Q. MINITIVS VINDEX V. S. L. M.

De Matronis Aſericinehabus, Hamavehis &c.

§. XXXI. Alia monumenta *Matronis* ſacra præter ea, quæ inferius adducemus, habet *Gruterus* P. MXVI. n. 7. 8. & P. MLXXIV. n. 2. 3. 4. 5. De *Matronis Aſericinehabus, Hamavehis, Vacallinehis, Rumaehabus*, diximus in *Diſſ. de Dea Nehalennia* §. 36. 37. 38. 39. Leguntur dedicata monumenta *Nehis* & *Nehabus* æque ac *Matris* & *Matribus* vel *Matrabus*. *Matribus* etiam *Vacallinehis* legit *Thomas Leodius Origg. Palat.* p. 19. in eadem Inſcriptione, quam *Gruterus Matronis* ſacram exhibet. Forſan has Matronas cum Nehis conjunctas camporum ſimul fluviique præſides colebant. Præcipue

ana-

analogiam cum tribus Eddæ Matribus & Mairabus Mentenſibus ſervat marmor Matronis Hamavehis inſcriptum, quod tres fœminas ſiſtit. conf. *Steph. Brælmanni Epideigma ſive Specimen Hiſtoriæ Civitatis Ubiorum. ed. Col. Agr.* 1608. *fol.* quem Matronarum numerum etiam retinet aliud apud eundem Matronis Gabiabus dedicatum.

§. XXXII. Ad Matronas etiam refero lapidem milliari uno ab Andernaco verſus Eifaliam effoſſum: *Alius lapis emendatur & ad Matronas refertur.*

IVNONIBVS. ET. MATERNIS
FRATRIBVS. INVICTRICIS. FOR
TVNAE. FILIVS.

e *Pighianis Gruterus* P. MLXV. n. 6. *Reineſius* legit MA. TERSINA. ERASILINVS. VICTRICIS. Ego mallem loco *maternarum* lin. 1. reponere *Matronis*, ut eo magis cum *Junonibus* præcedentibus cohæreat ſenſus.

§. XXXIII. Has enim Romani divinis honoribus proſequebantur ut Deas unicuique mulieri præſidentes, quemadmodum viris genios tribuebant; unde etiam commode muliebres genios poſſemus *De Junonibus Romanorum.*

nomi-

nominare, quod clarum eſt ex *Plin.* l. 2. c. 7. *Senec. Epiſt.* 110. (*q*) Patet ſimul differentia Junonum Romanarum & Matrum Celticarum. Illæ enim ſingularum mulierum tutelam agere credebantur; hæ integras regiones numine ſuo moderari.

Cur Junones & Matres adpellentur Auguſtæ.

§. XXXIV. AVGVSTARVM epitheton Junonibus adjectum induxit nonnullos, ut crederent, adulatione id factum, Imperatricesque ſimul ſubDearum nominibus fuiſſe cultas. vid. *Phil. a Turre monumenta Veteris Latii* p. 305. Cui ſententiæ quamvis non plane adverſer, cum Principum arrogantia ſtudiaque adulatorum ex ſuperioribus (§. 25.) ſatis mihi ſint perſpecta, in paucisſimis tamen locum habere arbitror, JVNONESque AVG. aut deGeniisAuguſtarum, aut de Junonibus vel geniis ipſis *Auguſtis* ſive *divinis* intelligendas. Ea enim vocis genuina ſignificatio, neque *Matres Auguſtæ*, quæ toties in Inſcriptioni-

q) Inſcriptiones Junonibus ſacræ habentur duæ in *Jac. Sponii Miſcell. Erud. Antiqu.* p. 83. plures *ap. Gruterum* P. MCLIX. n. 2. 3. P. XLIX. n. 4. P. XX. n. 11. ubi *Junones Juliæ & Sextiliæ* memorantur. conf. *Golz. Oper.* T. I. p. 9.

Digitized by Google

ptionibus noſtris, aliæ ſunt quam mulieres divinæ, divino agitatæ impulſu vel furore, divinisque imbutæ myſteriis. (*r*) Vix Romanorum numen eſt, cui non adſcriptum in marmoribus legas AVGVSTI elogium, non quod ſemper Imperatorum majeſtas ſub Deorum nominibus ſimul fuerit adorata; multo minus ea de cauſa, quod numina Imperatoribus peculiaria iſto titulo fuerint indigitata: (*s*) ſed ut majeſtatem Diis propriam ea voce exprimerent monumentorum conditores. AVGVSTI *nomen*

r) Ignorantia enim & gravis allucinatio *Paradini* (*in Hiſt. Lugdun.*) qua inſcriptionem ſuperius adductam MATRIS AVG. &c. §. IX. de *Matre Auguris* explicandam eſſe contendit, eo ſolo nomine poteſt excuſari, quod homini, cætera doctiſſimo, alia *Matris Auguſtis* diſerte dicata monumenta inſpicere non contigerit.

s) Hoc caſu enim marmora clarius exprimunt Deorum tutelam, quam Cæſaribus præſtabant, uti illud, quod in civitate Nannetenſi in Aremoricis NVMINI. AVGVSTORVM DEO VOLIANO vel potius *Volkano* ſacrum legitur apud Gruter. P. MLXX. IV. n. 10. conf. Hiſtoire de Bretagne par Dom Gui Alexis Lobineau Preſtre religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur. edit. Pariſ. 1707. fol. Tom. II. p. 1. 2.

Digitized by Google

enim *ex ſua origine ſanctum & conſecratum ſignificat*, ait *Feſtus*. *Ovidius lib.* 1. *Faſtor.* v. 609:

Sancta vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
Templa ſacerdotum rite dicata manu.

Quemadmodum plurimi lapides occurrunt *Apollini Sancto, Herculi Sanctiſſimo* &c. erecti.

Inde cum in Senatu tractatum eſſet, an Octavius, quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur, *ſanctius & reverentius* viſum eſt nomen Auguſti, *ut* ſcilicet, teſte Floro lib 4. cap. ult. *jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* (*t*) *Suetonius in vita Octavii cap.* 7: *quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur* &c. *Dio lib.* 53. p. 507: *tanquam aliquid eſſet ſupra hominum conditionem. Nam quæ in honore atque cultu ſunt, ea Auguſta vocantur.* Multum autem roboris noſtræ ſententiæ addit *Ovidii* verſus 609. *Faſtor.* l. 1. de ipſo Auguſto Cæſare loquentis:

Hic ſocium ſummo cum Jove nomen habet.

Adparet enim Jovem *Auguſtum* nominatum

t) Græci igitur jure meritoque σεβαζὸν ſua lingua dicebant, quem Romani Auguſti cognomine venerabantur.

tum fuiſſe ante Octavium, qui in ſocietatem nominis per adulationem fuit adſcitus. conf. *Phil. a Turre.* l. c. p. 264.

§. XXXV. Nonnulla præterea marmora in eorum cenſum referenda putamus, quæ de fœminis Germanorum Celtarumque fatidicis in genere loquuntur. Unum exſtat Viennæ Allobrogum in columna: *Alia marmora de fœminis Celtarum fatidicis agentia. De Virginibus.*

SANCTIS
VIRSINIDVS
CAP. AVIDVS
CAMPANA
POSVERVNT.

apud *Gruter.* P. CXII. n. 13. SANCTIS VIRGINIBVS enim legendum eſſe ex alia Inſcriptione colligi poteſt, quæ apud eundem *Pag.* CXXI. VIRGINIBVS DIV. dicata eſt. Apud *Chorier.* l. c. linea 3. SAP. AVIDVS eſt.

§. XXXVI. Aliud anno 1677. in pago Bekinga Ducatus Würtembergici prope Hailbronnam erutum eſt: *De Campeſtribus.*

CAMPESTRIB.
EX VOTO
C. SANCTINIVS
CAI. FIL. OVF.
AETERNVS PR.

apud *Spon. Miſc. Erud. Ant. Art.* LXXXII. qui illud acceptum fert D. *Reichelt*, Profeſſori Mathemat. Argentoratenſi. Nos cum Sponio ita explicamus: *Matribus* ſive *Matronis Campeſtribus* (camporum præſidibus) *ex voto Cajus Sanctinius, Caji filius, Oufentina tribu, Æternus Prætor.* Similem aram citat *Gruterus* P. MXV. n. 2. in hujus pagi vicinia, nempe in agro juxta Beningen contra Marbachum ultra amnem Nicrum inventam:

CAMPESTRIBVS
SACRVM.

Alium lapidem in eandem claſſem diſtribuendum Aventinus reperit in campis prope Phering, vicum Danubianum, & Otlingam arcem, ubi Celſus (*die Kelz*) oritur, haud longe Pinaburgio (Ponburg it. Lymburg) quod in tabulis publicis eſt *Epinaburgum*, forte ab Epona, ſtabulorum & equorum Dea, cujus mentio in eodem lapide injicitur:

CAM-

CAMPES ET
EPONAE ALAI
SATGHPCR QVI ET
AƎ BASSIANVS
CRRAFF V S L E M.

Aventin. Annal. Boj. p. m. 81. *Fabrettus* etiam in *Lib. de Aquæductibus* ſequentem Inſcriptionem dat:

SVLEVIS. ET. CAMPESTRIBVS. SACRVM
L. AVRELIVS. QVINTVS. 7. LEG. VII. X. GEMINÆ
VOTVM. SOLVIT. LAETVS. LIBENS
DEDICAVIT. VIIII. K. SEPTEMBRE. BRADVA. ET. VARO. COS.

(*u*) In agris Matres primum fuiſſe cultas eorumque præſides habitas, illud quoque indicio eſt, quod Matres ipſæ in marmoribus poma & flores manu tenent, appoſito cornu copiæ, quæ cuncta fertilitatem terræ illis acceptam ferendam eſſe notabant. Neque legitimos conjecturarum terminos mihi videor tranſilire, ſi unius literæ tranſpoſitione ad *Matrem* Campeſtrem traham marmor quod *Schottus* in hortis Ant. Auguſtini

 vidit

u) conf. *Spon. lib. de aris ignotor. Deor.* n. 26. & *in Miſcell. Erud. Antiqu. Art.* LXXXIII. qui tamen in ultima linea perperam *Vero* habet pro *Varo*. Signum 7. linea ſecunda obvium in lapidibus frequenter occurrit notatque Decurionem.

Digitized by Google

vidit ipſe ac deſcripſit *in Obſervat. human.* l. 5. p. 32:

MARTI CAMPESTRI SACRVM. Alias enim quis ille Campeſtris Mars ſit nos fugit.

Romani hominis etiam Matres noſtras colebant.

§. XXXVII. Quod ſi quis a locis inventorum quorundam horum lapidum argumentum deſumere velit, quo probet, campeſtres Deas Romanis non fuiſſe incognitas, nos quidem non adeo habebit refragantes, cum idololatriæ ſpecies in diverſis plane gentib9 convenire multaque habere communia ſatis ſimus edocti. Ita & Romani & Celtæ coluerunt Deum Tonantem, diverſis licet adpellationibus. Similiter Nympharum, Ignis, Terræ, Martis, Solis, Lunæ &c. cultus utrisque fuit communis. In aliis tamen alia adjecit nova ſuperſtitionum & læta ſeges. Plura etiam ex peregrinis ſacris in ſua transtulere Romani, quod ultimum in Matrum cultu (quas Romanos ipſos conſuluiſſe & oracula ab iis expetiiſſe, ex Vopiſco in vita Aureliani c. 44. certiores ſumus) etiam factum eſſe ex nominibus Romanorum, quæ in lapidibus obvia habemus, ſuſpicor. Id autem an Pertinacis demum

mum & Severi tempeſtate factum ſit, cum *Chorierio* l. c. l. 2. p. 131. definire non auſim. (w)

Speciatim in lapidibus nominantur Matres Aufanæ, Pannoniorum & Delmatarum.

§. XXXVIII. Vidimus hactenus lapides generalem ac vagam Matrum mentionem ſiſtentes, nunc ad eos deveniendum, qui peculiaria urbium vel regionum adjecere nomina, quas illæ Matres tutela ſua ac præſidio fovebant. Principem locum tenet Inſcriptio Lugdunenſis *Aufanis Matronis & Matribus Pannoniorum & Delmatarum* ſacra apud *Spon. Antiqq. Lugdun.* p. 17.

w) A Matribus Celticis plane abhorret *Dearum Matrum fanum* in Sicilia apud Euguinos, vid. *Plutarch. in Marcello.* Hoc enim Matri Magnæ & Matri Idææ jure meritoque adſcribit *Cicero* IV. & V. *Verr.* Has Matres *Diod. Siculus lib.* 4. p. 279. ſeq. ex Inſula Creta, in qua præcipua cultæ erant religione, translatas perhibet. Addit fabulis proditum eſſe, ab iis Jovem clam Saturno nutritum fuiſſe, in cujus meriti gratiam ad cœlum evectæ & inter ſidera collocatæ, urſarum nomen obtinuerint. Atque hæ erunt Matres, de quibus Græcam brevem Inſcriptionem intelligo: ΑΡΗΙ ΜΗΤΡΑΣΙ. ΚΑΙ ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ, Marti, Matribus & Jovis filiis Caſtori & Polluci. apud *Spon. Miſcell. Erud. Ant. Art.* LXXVIII.

Digitized by Google


PRO SALVTE DOM
N. IMP. L. SEPT. SEVERI
AVG. TOTIVSQVE DOMVS
EIVS AVFANIS MA
TRONIS ET MATRIBVS
PANNONIORVM ET
DELMATARVM
TI. CL. POMPEIANVS
TRIB. MIL. LEG. I. MIN.
LOCO EXCVLTO CVM
DISCVBITONE ET TABVLA
V. S.

Hic lapis Lugduno nunc Royam uno & dimidio milliari Gallico a Lugduno ſitam translatus eſt, integerque legitur, unde cum *Paradinus, de Rubys & Gruterus* eum tanquam fragmentum allegent ultimis quinque lineis mancum, credendum eſt, eum illorum ſcriptorum ætate dimidia ſui parte adhuc terra fuiſſe obrutum. conf. *Spon. Miſcell. Erud. Antiq. Art.* LXXXI. p. 107. *Fabrettus* p. 1. *Meneſtrier Hiſt.* p. 128. Sine abbreviationibus vocumque compendiis ita legendus foret:

Pro

Pro ſalute Domini noſtri Imperatoris Lucii Septimii Severi Auguſti totiusque domus ejus, Aufanis Matronis & Matribus Pannoniorum & Delmatarum Tiberius Claudius Pompejanus Tribunus militum Legionis Primæ Minerviæ, loco exculto cum diſcubitione & tabula votum ſolvit. Legio Prima Minervia in pluribus Lugdunenſibus Inſcriptionibus memoratur, quod indicio eſt, eam ſæpius hic in hibernis fuiſſe, lapidemque ipſum ibi primo erectum. Diis tamen Topicis etiam extra fines regionesque, quæ numini ipſorum commiſſæ erant, vota ſuſcepta fuiſſe & ſoluta, ex pluribus monumentis obſervavi; unde nec aliena putanda Pannoniorum & Delmatarum mentio in lapide Lugdunenſi. (*x*) Diſcubitiones idem ſunt quod epulæ quotannis ad defunctorum tumulos habendæ, de quibus abunde jam alibi dictum eſt, translatæ etiam in Chriſtianorum cœtus Martyribusque magno cum abuſu & ſcandalo celebratæ. (*y*)

x) *Delmatæ* dicuntur pro *Dalmatis*, quemadmodum etiam in Lapide Romano apud *Gruter.* Pag. XCVI. n. 1. legimus: BELLO DELMATICO.

y) vid. ſupra tradita. De iis queritur *Auguſtinus cont. Fauſt. lib.* 10. cap. 21: *qui ſe in memoriis martyrum inebriant, quomodo a nobis appro-*

Digitized by Google

Quænam ſint Matres Aufanæ.

§. XXXIX. De Matronis Aufanis autem hæc addit *Sponius in aris ignotor. Deor. Theſauri Græviani Tom.* VII. p. 252: *Eæ Aufanæ Matronæ in Pannoniis Dalmatiaque notæ,* (quod inſcriptio minime indicat) *ſalutisque Severi cuſtodiam habentes, quæ fuerint, ignorare facilius eſt quam detegere. Reineſius Synt. Art.* CLXXV. p. 188. TANFANIAS dicendas putans, ad Deam Tanfanam, cujus templum celeberrimum apud Marſos erat, (teſte *Tacit. Annal.* l. 1. c. 51.) refert. Confutatur vero duobus marmoribus, quæ *Aufaniarum* lectionem confirmant. Gallos Minervam ſub *Onvanæ* nomine coluiſſe perhibent Scriptores; verum qua ratione illa ad Matres noſtras trahenda ſit, non video. Melius certe faciunt, qui ad numina Topica referunt, quamlibet oblita nunc & forte everſa plane propria earum ſede. Quamquam,

bæri poſſunt, cum eos, etiamſi in domibus ſuis id faciant, ſana doctrina condemnet? ſed aliud eſt, quod docemus &c. Idem *de Morib. Eccleſ.* l. 1. c. 34: *Sepulchrorum & PICTVRARVM ADORATORES novi multos eſſe, qui luxurioſiſſime ſuper mortuos bibant, & epulas CADAVERIBVS exhibentes, ſuper ſepultos ſe ipſos ſepeliant, & voracitates ebrietatesque ſuas deputent religioni.*

Digitized by Google

quam, ut verum fatear, neque horum ſententia mihi probatur omnino. Scrupulum movet marmor Aufanis Matronis in regione a Lugdunenſi multum diſſita erectum, atque prope Noviomagum erutum, quod §. ſeq. dabimus. Crediderim igitur *Matres Aufanas* nomine non alias referre quam *Campeſtres*, quas modo luci reſtituimus. FAN enim Dominum & Deum ſignificat veteribus. (z) AUE, altera

z) *Ut in Ulphilæ Evangeliis Luc.* 2. v. 29: *Nu fraleitas skalk þeinana frauginond FAN.* h. e. nunc dimittis ſervum tuum exultantem Domine! *Luc.* 1. v. 66: *Jah thân handus FANINS vas mith imma.* h. e. etenim manus Domini erat cum illo, & *verſ.* 28: *FAN mith thus*, i. e. Dominus tecum. *Matth.* 7. v. 22: *Managai quithand in gainamma daga: FAN, FAN,* i. e. multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine! *Marc.* 12. v. 29: *FAN Goth unſar, FAN ains iſt*, Dominus Deus noſter Deus unus eſt. conf. *Luc.* 7. v. 6. 46. *Matth.* 9. v. 38. & *cap.* 5. v. 33. *Marc.* 1. v. 3. & *Verel. peculiar. libell.* Inde in *Hervarar Saga* c. 19. p. 177. Rex dicitur *GVNFANI*, h. e. gentis vel populi Dominus. Et conveniunt origine cum ea voce Græcorum *Pan*, Latinorum *Fauni*, Polonorum, Bohemorum & Ungarorum *Pan*, *Bannatus* & *Bannus* e. g. *Croatiæ*, Tartarorum *Han* vel *Chan*, Perſarum *Chan.* Singulæ enim Dominum denotant, facili & frequen- *Fan quid ſignificet.*

altera compositæ vocis Aufanarum pars, in plurali numero AUEN, & nunc & olim Germanis Celtisque notavit valles lætas perennibus secatas fontibus aut amnibus. Inde tot urbium villarumq; denominationes in AU desinentes situmque & naturam locorum indicantes. (*a*)

Quo-

tissima prorsus inter gentes harum literarum permutatione. Domini insigne sive vexillum, Germanis *Fahne* dictum, ab eodem fonte dimanat. Imprimis ad Matronas nostras pertinet, quod *FÁNNA* fœminam illustrem notat in *Hervar. Saga* c. 10. p. 117. *FÁNTA*, virginem honestam.

a) Comprobant id Arau, Brunau, Buchau, Burgau, Dessau, Gartau, Grabau, Güstrau, Buzzau, Hanau, Ilmenau, Hagenau, Passau, Ratenau, Thurnau, Zwickau &c. Etymon genuinæ vocis repetendum ab *Ahis* sive *Ahvis*, aquis & fluminibus, quæ sæpius etiam Auen efferuntur, ut in vocibus Donau, Muldau, Trau &c. Ipsa Geldriæ pars, in qua marmor mox adducendum inventum est, quæque caput regionis habet Noviomagum ad Vahalim, *Betau* dicitur, vallis fertilior, in oppositione portionis alterius ejusdem regionis, *Velau* dictæ, h. e. sterilis minusque frugiferæ. Ab illa originem trahit *BATAVORVM* nomen, quod in singulari numero legitur BATAVS in *Inscript. Reines. Synt.*

Quo pacto MATRES AUFANAS habemus vallium & pratorum Deas præsides, Dominas. (*b*)

§. XL. Alterum monumentum de Matronis Aufanis vel Aufaniis (nam *Aufaniis* etiam in præcedente Inscriptione legit *Mestrier* l. c.) agens Noviomagi anno 1628. repertum est atque ex ædibus Johannis Smetii in curiam translatum, ubi superioris ambulacri muro insertum cernitur: *Aliud monumentum de Matronis Aufaniis.*

MATRONIS
AVFANIABVS
T. ALBINIVS
IANVARIVS
E. L. M.

vid.

Class. IX. n. 74. & 73. p. 579. In vetustis tabulis publicis ipsa regio *Bathua* & *Battua* vocatur.

b) Nam Dominarum expresso nomine ipsæ Matres etiam veniunt in lapide Albæ Juliæ (cujus vicinia quoque nobis dedit monumenta Matribus dedicata, ut supra vidimus) in arce: *Matres etiam Dominæ dicuntur.*

MESTRIVS. MARIINVS
PICTOR. CONSTITVIT
PRO. SALVTE. SVA. ET
SVORVM
FANVM. DOMINAR.

Gruter. e Scaligeri Schedis P. XC n. 4.

vid. *Joh. Smetii Antiquitates Noomagenſes*, pag. 91. ſeq. (*c*) JANVARIVS Romanorum nomen eſt, frequens marmoribus, cognomen Aureliorum, Flaviorum, Pomponiorum & hic Talbinii vel T. Albinii. *Aurelius Januarius* conſul fuit A. V. C. 580. *Pomponius Januarius* Conſul Herculii collega fuit. *Flavius Januarius* occurrit in ff. de Solut. & liberat. Smet. l. c. *C. C. Auſidius Januarius* in lapide Romano apud *Laurent. Begerum Spicileg. Antiqu.* p 97. T. AITIVS JANVARIVS in marmore Clivenſi hactenus inedito, cujus copiam nobis fecit Doctiſſ. & Reverendiſſimus M. JOH. KAYSER, Eccleſiarum Clivenſium Inſpector:

MER-

c) conf. *Spon. Miſcell. Erud. Antiq.* p. 107. *Reineſ. Synt. Art.* CLXXV. p. 188. *Jo. Schmith Oppidum Batavorum* p. 110. Lineæ ultimæ litera prima vetuſtate propemodum tota exeſa eſt, ita ut E non modo, ſed S. etiam & F. legi poſſit, interpretatione eadem manente *Erexit*, *Solvit*, *Fecit*, *Lubens*, *Merito.*

MERCVRIO
M. C. P. V. S. L.
I. O. M.
T. AITIVS IANVARIVS
T. L. ACCEPTVS RETOM
AI. FRAT. V. S. L. M.
— — — VITAL — — —
— — — PER — — —
— — — ILLEC — — —
— — — VLVERE — — —
— — — VNONI — — —
— — — VAE PRO— — —
— — — EXT.HVL— — —
— — — NTINI — — —
MERVRIO
O. M. C. V. S. L. M.

De Heris Auſcis.

§. XLI. Pertinent in hanc Matrum claſſem HERAE AVSCAE vel *AVSCORVM*, quarum memoriam poſteris transmiſit lapis in Aquitania effoſſus:

FANO HER. AVSC.
ORRITSHE. SACRVM
G. VAL. VALERIANVS

Spon.

Digitized by Google

Spon. Miſcell. Erud. Ant. Art. LXXX. p. 106. & *in aris ignotor. Deor.* Tom. VII. Theſauri Græviani p. 252. (*d*) AVSCI quinam fuerint, diſcimus ex Pomp. Mela, qui *Aquitanorum*, inquit, *clariſſimi ſunt Auſci.* Quod confirmat *Ammianus* Marcellinus: *Novempopulanos commendant Auſci & Vaſates.* Ita etiam Cæſari vocantur. *Auſcii* Straboni ſunt, Ptolemæo & vetuſto Autori notitiæ Civit. Galliæ; Sidonio *Auſcenſes.* Pars regionis illorum hodieque nominis reliquias *Auſch* ſervat, & Solenſes *Aux-ac* vocantur vicinis Navarræ populis. Syllaba AC articulus eſt. Notandumque lapidem noſtrum effoſſum eſſe in Vice-Comitatus Solenſis editiſſimo monte, cui ſacellum B. Magdalenæ montis nomen fecit.

d) Fatetur *Sponius*, ſe hanc Inſcriptionem ex *Arnaldo Oihenarto* deſumſiſſe, & hic tamen multis locis diverſam exhibet *in Notitia utriusque Vaſconiæ* tam Ibericæ quam Aquitanicæ pag. 445.

FANO
HERAVS
CORR+SE
H-E SACRVM
G. VAL. VALE
RIANVS.

Digitized by Google

fecit. (*e*) HERA alias Græcis *Juno* eſt, ut in *Inſcript. Reineſ.* XXXVIII. *Claſſ.* V. p. 378. Hic autem Heras adpellat lapis, quas Cæſar Matres familias nominat. Cui ſententiæ favent lapides in vicinia Auſcorum, Vaſione nempe Vocontiorum effoſſi Matribusque dicati. Vide ſupra §. 13. (*f*).

§. XLII. MATRONAS GABIAS aliquot ſiſtunt lapides Coloniæ Agrippinæ detecti, quos *Stephanus Brælmann* publici juris fecit in libello non ubivis obvio, cui titulus: Epideigma ſive Specimen Hiſtoriæ Civitatis Ubiorum. Coloniæ Agrippinæ edito 1608. *fol.* *De Matronis Gabiabus.*

e) Ab hiſce Auſcis plane aliena eſt *Oſca* urbs Illergetum in Hiſpania Tarraconenſi, nunc *Hueſca*, cujus memoria nummis antiquis celebratur inſignitis VV. OSCA, h. e. Vrbs Victrix Oſca, interpretante Antonio Auguſtino. conf. *Plin. Hiſt. Nat.* l. 3. *Joh. Foy Vaillant Numismata ærea Imperatorum, Auguſtarum & Cæſarum in coloniis, municipiis* &c. *percuſſa. edit. Pariſ.* 1697. *fol. pag.* 79.

f) *Vaſionentium* ſive *Vaſienſium* ipſorum ut & *Vaſionis* Dei meminerunt nonnulla monumenta extantia in libro: *Voyage Litteraire de deux religieux Benedictins de la Congregation de Saint Maur. à Paris* 1717. 4. *pag.* 305.

Digitized by Google

I.) MATRONIS
GABIABVS
C:ELORIVS IVS
V. S. L. M.

Sponius in Miſcell. Erud. Ant. Art. LXXIX. p. 106. linea 2. legit CELOR. JVSTVS.

II.) Fragmentum eſt:

RONIS. GA
BIABVS SVETON
CERTVS ET PAT
ERNVS. V. S. L. M.

ita idem exhibet *Sponius.* l. c.

III.) itidem fragmentum eſt, Matronas tres ſiſtens cum numero Matrum Eddæ aliarumque plane convenientes:

GABIABVS
C. CAMPANIVS
VICTOR L. T. M. P.
F. , , , , ,

neque aliter apud *Sponium* l. c. legitur.

IV.) GABIABVS
VICTOR STI
RRI. S. L. M.

Brælmann. l. c. GABIAS Colonienſes ignoro. De Gabiis Italiæ vid. *Strab. Geogr.*

Digitized by Google

Geogr. l. 5. p. 363. Cultum Germanicarum Matrum ad has ſucceſſu temporis fuiſſe translatum admixto Veneris nomine non auſim pro certo affirmare. Ita tamen videri poſſet lapidem Sagarolæ Gabiorum olim XX. lapide ab Urbe repertum intuenti:

VENERI. GABI
NIAE. ET ALBAN
AE. SANCTAE &c.

Verum cum hic non niſi unica Venus Gabinia occurrat, in priorem incertitudinem aut potius ignorantiam relabitur ingenium.

§. XLIII. Iisdem tenebris premuntur MATRES VAPTHIAE in lapide ad Rhenum alicubi effoſſo: *De Matribus Vapthiabus.*

IN. H. D. D.
DIS. DEAB. Q. OMNB
MATRIBVS. VAP
THIABVS. ET. GENIO
LOCI. SACRVM. C
TAVRICIVS. VE
RVS. B-F. CoS. PRO. SE
ET. SVIS. V. S. L. M.
POSVIT. ET. DEDI

Gruter. P. XC. n. 10.

Digitized by Google

De Matribus Gallaicis. §. XLIV. In clariore luce positæ sunt MATRES GALLAICAE, de Gallæciæ, Provinciæ Hispanicæ fœminis & Deabus Tutelaribus procul dubio intelligendæ. Hujus incolæ enim veteribus *Gallaici* & *Callaici* promiscue dicuntur. conf. Strabo. Martial. l. 10. Epigr. 16. v. 3:

Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in arvis.

Lapis inventus est Corunnæ in eadem regione:

T. FRATERNVS
MATRIBVS
GALLAICIS
V. S. L. M.

apud *Gruter.* l. c. n. 9. & *Golz.* Tom. I. p. 11. Smetius in Inscriptionum volumine lin. 1. habet *Fraternius*, Reinesius *Privernius* legendum conjectat. Nos Gruterianam lectionem *Pighii* testimonio suffultam non temere abjiciendam putamus.

De Matribus Gerudatiabus. §. XLIV. Neque plus negotii facessent MATRES GERVDATIAE, de quibus marmor agit in Provincia, loco S. Esteves dicto effossum:

MA-

MATRIBVS
GERVDATIABVS
JVLIA MINIA
V. S. L. M.

Spon. Miſc. Art. LXXVI. Neque enim levis locorum diſtantia obſtat, quo minus eas ad Deas præſides urbis Gerundæ in Catalaunia, quæ nunc Girona dicitur, referamus. Quam facile enim Catalaunus in Provincia commorans, imo Provincialis aliquis ipſe Numini Catalaunenſi votum reddere potuit? Quod *Sponius* ſimili a ſua, quæ Pontificiorum eſt, doctrina deſumto illuſtrat, in qua nefas non eſt, quin potius perquam familiare, ut homo Gallus, Italus &c. Divo Jacobo Compoſtellano ſeſe devoveat. *Gerunda* dicitur *Plinio*, *Ptolemæo*, *Antonino* & *Prudentio*. Alii ſed ſubleſtæ fidei autores a Geryone derivant, indeque Gerionam dici malunt. vid. Lud. Nonnii Hiſpan. c. 89. p. 281. GERVNDENSIS eſt in veteri Inſcriptione apud *Hubertum Golzium Oper.* T. I. p. 216.

De Deabus Malviſis.

§. XLV. Majore incertitudine laborant DEAE MALVISAE vel MALVISIAE, quas habet ara alta 13. pollices, lata 8. ſpiſſa 5. Coloniæ Agrippinæ exſtans:

IN. H. D. D.
DIABVS
MALVISIS
ET SILVANO
AVR. VERE
CVNDVS
ORDO. BRITO
V. S. L. M.

ex *Arnoldo Mercatore Gruterus Pag.* XCI. n. 6. atque ita *Pighius* & *Steph. Brælmannus* ll. cc. Autores Indicis Gruteriani ex linea ſexta fingunt ordinem Britonum. Celeberr. *Gudius* legendum cenſet vel DOM. BRITO, vel OR*iundus* BRITO*nibus* vel OR*igine* BRITO. ORDinarium præterea Legionis *Britonum*, cujus alibi quoque fit mentio, intelligi poſſe addit, epiſt. ad Rupert. 21. p. 64. Cui tamen in eo accedere non poſſumus, quod pro *Malviſis* MATRIBVS legendum putat. *Malviſis* exſtare in lapide omnes, quotquot eum deſcripſerunt, & marmorarii tam ſupinam vel ignorantiam vel incuriam non adeo difficilis & fidem vix inventura conjectura deberet adſequi. Verum enim vero illud commune & proprium fere vitium eorum, qui Antiquitatum ſtudio operam navant ſcrupuloſa nimis verborum diligentia, ut

ſæpius

sæpius malint vocabulum in omnes partes torquere, quam ignorantiam ingenue profiteri.

§. XLVI. Idem dicendum de MATRIBVS MOPATIBVS in lapide Noviomagensi anno 1669. ad ripam fluminis eruto: *De Matribus Mopatibus.*

MATRIBVS
MOPATIBVS
SVIS
M. LIBERIVS
VICTOR
CIVES
NERVIVS
NEG. FRV.
V. S. L. M.

Spon. Miscell. Art. LXXVII. p. 105. ex *Jo. Smetii Antiqu. Neomagens.* p. 91. *seq.* M. Liberium Victorem, Negotiatorem Frumentarium, Civem Nervium fuisse (qui populus partem Galliæ Belgicæ tenebat) facilius dixerimus, quam ubinam terrarum illarum locus situs sit, a quo Mopatibus Matribus nomen inditum fuit.

§. XLVII. De MATRIBVS RVMAEHABVS alibi *De Matribus Rumæ-*

habus, Arſacis &c. diximus, & ſupra de DEABVS MATRIBVS TRAMAI. *Matronas Friſavas, Arſacas, paternas & maternas* nominat *Joh. Smetius Antiq. Neomag.* l. c: at neque explicationem addit neque monumenta, quæ illas indicent, aut loca monumentorum erutorum, ex quibus qualis qualis capi poſſet conjectura.

De Matribus Suebis. §. XLVIII. Matronas vel MATRES SVEBAS indicare mihi videtur fragmentum lapidis in Abbatia Divitenſi, prope Ubios in oppoſita Rheni ripa:

Gruterus. P. XC. n. 12. e ſchedis Mercatoris, cum quibus conveniunt MStæ *Pighii.* conf. *Steph. Brœlmann.* l. c. verſu 2. 3. *Scaliger* in Indice legit *Æmilius Primitivus.*

tivus. De Suevis & variis eorum migrationibus abunde egit *Cluver. Germ. Ant.* l. 3. c. 24. f. 38. neque attinet plura in hunc locum congerere. SVLEVAS in marmore ſuperius adducto §. 36. occurrentes, ſi quis in SVEVAS velit convertere, ut cum Matribus Campeſtribus conveniant, & aliqualis modo lux voci cætera obſcuriſſimæ accedat, nos non experietur repugnantes.

§. XLIX. MATRES TREVIRAS, ab urbe Trevirorum dictas, primi nos in lucem producemus. Memorantur in lapide Clivenſi hactenus inedito duplexque votum continente, quem benevolæ Doctiſſimi Keyſeri etiam communicationi debemus: *De Matribus Treveris.*

I. O. M. CONSERVATORI
TERTINIVS VITALIS MIL.
LEG. XXX. V. V. SALIB. PRAEF.
PRO SE ET SVIS V. S. L. M.
VI. KAL. MAIAS LVPO ET
MAXIMO COS.
MATRIBVS TREVERIS
T. PATERNIVS PERPETVS
CORNICVLAR. LEG. XXX
V. V. L. M.

De Præfecto Salibus & Corniculario.

Uno lapide ſimul vota perſolvebant, qui ad eandem pertinebant Legionem XXX. Victricem. Alter Salibus Præfectus, alter Cornicularius. Ille ſalis copiæ providebat, (*g*) eumque militibus diſpenſabat. Hic inter honorarios milites Tribunorumque & Centurionum beneficiarios erat, ita nominatos ab inſigni galeæ, quo a cæteris dignoſcebantur. (*h*) Loquimur autem de vetuſtis militiæ

g) Præfecti nomen latius patebat, atque in militia Romana ad auxilia & ſocios, non ad Legiones, qui Tribunis ordinabantur, primum pertinebat, quod conſtat ex *Plinio, Suetonio, Tacito, Cæſare. Præfecti annonæ & vigilum* præ aliis ſæpe occurrunt. *Præfectum Legionis Vegetius* memorat ejusque officium deſcribit 2. 9. Sed hæc adpellatio recentioris ævi eſt, in quod lapidis noſtri erectio incidit. *Lupus* & *Maximus* enim Conſules fuere A. V. C. 984. imperante Aurelio Severo Alexandro. Lapis Colonienſis *Matribus Suevis* dicatus, de quo §. 48. diximus, ejusdem fere ætatis eſt, erectus ſub Maximo & Æliano Coſ. A. V. C. 975. ineunte imperio M. Aurelii Severi Alexandri.

h) Cornicula enim inter ornamenta militaria fuiſſe patet ex *Livii* l. 10. qui refert Papyrium Conſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis, armillisque argenteis.

Digitized by Google

litiæ Romanæ temporibus. Subſecutis enim temporibus Cornicularius eſt, qui munus militare ſub Tribuno militum gerebat & corniculo præerat, quod in ordinibus tribuni idem erat, quod in acie cornu. Et ita adjutores corniculariorum nominantur in leg. 6. ff. de Jure immunitatis. Cominius tribuno militari Lectorio diem apud populum dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. *Valer. Max.* VI. 1. Inde *corniculo merere*, dixit *Suetonius de Grammaticis* cap. 9. de Orbilio Pupillo: *Deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.* Clodianus cornicularius eſt apud *eundem in vita Domitiani* c. 17. In Inſcriptione Gruteriana igitur P. CCCCXXXI. *Corniculus* mendoſe pro *Cornicularius dicitur.* Vox *Cornet*, nota in militia hodierna ab eo fonte latino deſcendit. (*i*) De Treviris plura

i) Poſteriore ævo Cornicularii etiam erant officiales ſive apparitores magiſtratuum, eorumque munus Corniculus dicebatur. *Lex I. Cod. de Apparit. Præfect. Prætorio: Præfecturæ CORNICVLARIOS, qui annis ſingulis exeunt, poſt transactos CORNICVLOS NOSTRAM ADORARE PVRPVRAM* volumus &c. & *Tit. De cohortalibus, principibus, cornicularii ac primipilariis.* conf. l. 2. ff. *de proxim. ſacror. ſcrin.*

Digitized by Google

plura habes, partim fabulosa in *Munsteri Cosmogr.* p. 80. (*k*)

De Matronis Vediantiabus.

§. L. MATRONAS tandem VEDIANTIAS nobis prodit lapis prope Nicæam Provinciæ effossus:

MATRONIS
VEDIANTIABVS
P. ENISTALIVS P. F.
CL. PATERNVS CEMENELENSIS
OPTIO AD ORDINE 7. LEG. XXII.
PRIMIGENIAE PIAE FIDELIS
L. M.

Ex Peireskii schedis *Spon. Misc. Art.* LXXV. & *in aris ignotor. Deor. ap. Græv.* T. VII. p. 251. *Plinius* populos memorat *Vediantios*, contiguos Provinciæ ab oriente in Alpibus. *Ptolemæo* vocantur Οὐεδιάντιοι, eorumque regio sequentibus designatur: *Vediantiorum in maritimis Alpibus Cemeneleon.* Publius Enistalius Publii filius, Decurio Legionis Vigesimæ secundæ Cemenelio, metropoli horum populorum, oriundus erat. Hodie Cimies

k) conf. *Christoph. Broweri & Jac. Masenii Antiqq. & Annales Trevirens.* 2. *Tom.* 1670. *Leodii edit. M. Wernheri Teschemacher Annales Cliviæ, Juliæ, Montiæ, Marchiæ, Ravenspurgiæ. edit. Arnhem.* 1635. *fol.* p. 19.

Digitized by Google

Cimies adpellant, urbem olim satis amplam, nunc viculus aut, si mavis, rudera tantum. Veteris tamen ævi multa adhuc monumenta ostentat. vid. *Joffredi Hist. Nicienſ.* & *Bouche Hiſt. Provinc. Cemenæum* vocatur in lapide Venciæ in Provincia eruto:

D. M.
MARTI. VINCIO. M. RVTINVS. FIL. GAL.
IIIIII VIR. ET. INCOLA. CEMENAEI
EX VOTO.

apud *Gruter.* P. LVIII. n. 8. conf. *Phil. Cluver. Ital. Antiqu. edit. Lugdun. Bat.* 1624. *fol.* p. 66. *Optio* eſt quaſi electus, adſcitus adjutor Centurionis vel alterius ordinarii abſentis vel valetudine negotiisque detenti, a Tribuno datus. Inde habemus in Inſcriptionibus, optionem ſigniferi, Centurionis, Lancearіorum &c. *Reineſ. Inſcript.* III. *Claſſ.* I. p. 11. ſeq. Dabantur etiam in negotiis civilibus v. g. ad rem monetariam.

§. LI. Hæ matres, (*l*) a quibus vivis oracula & conſilia ancipitibus rebus petebantur, quarumque defunctarum præſidium votis *De habitaculis Matrum.*

l) Germani hodieque Matrem adpellant mulierculam probam, ſapientem, ætate præcipue confectam, Ein alt Mütterchen.

votis ſolenni ritu nuncupatis depoſcebatur, in ſilvis, montibus, ſpecubus, aut prope fontes habitabant. Vidimus Viennæ Allobrogum ſolennem Matrum cultum fuiſſe. Eadem hodieque regione rupem fontemque monſtrant (*Le Puit des Fées*) tempe, delicias atque habitacula fœminarum fatidicarum. vid. *Les Recherches du Sieur Chorier ſur les Antiquités de la ville de Vienne à Lyon* 1659. l. 2. p. 168. ſeq. Idem perhibent de ſpeluncis prope Divionem. *Guenebault libell. ſupra allegato* p. 33. Ipſas has mulieres Druides adhuc ante annos 300. & quod excurrit, apud Bituricenſes fuiſſe indicat Guil. Pariſienſis. Haud longe ab urbe Firgelienſi eſt *le Four aux Fées*, & ſimile quid refert ſpecus prope Pariſios in monte Martyrum. conf. *Jani Cæcilii Frey Opuſcula anno* 1646. *edita Pariſ.* 8. *pag.* 9. (*m*) De Weſtphalicis & Friſicis ſpecubus conſulatur *Jo. Picardus in Antiquitatibus Drenthiæ.*

Non raro etiam Mulieres Druidæ dicuntur.

§. LII. Quas *Matres Deas* adpellant Inſcriptiones, eas MVLIERES DRVIDAS, h.e. *ſacerdotes* & divinas nominant ſcriptores. Ita *Vopiſcus in Numeriano*

m) Hæc poſtuma ſunt ab *Ant. Morando* edita & diſtincta ab opuſculis anno 1645. 8. editis.

meriano ſcribit, Diocletiano a muliere Druide imperium fuiſſe prædictum cap. 14: *Quum*, inquit, *Diocletianus apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus locis adhuc militans, & cum Dryade quadam muliere rationem convictus ſui faceret* &c. paulo poſt: *poſt quod verbum Dryas dixiſſe fertur, Diocletiane jocari noli; nam Imperator eris, cum aprum occideris. Semper exinde*, pergit Vopiſcus initio capitis 15. *Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conſcio atque avo meo, cujus hoc dictum a Dryade ipſe retulerat.* Ibidem: *niſi ut impleret Dryadis dictum.* Triſtius omen fuit, quod inter alia mortis præſagia *Æl. Lampridius in vita Alexandri Severi* recenſet *cap.* 60: *Mulier Druias eunti exclamavit Gallico ſermone, Vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas.* Ejusmodi Druidas vel Dryades etiam a Romanis hominibus in rebus arduis conſultas fuiſſe, probat *Vopiſcus in Aureliano cap.* 44: *Dicebat enim quodam tempore AVRELIANVM GALLICANAS CONSVLVISSE DRYADES ſciſcitantem, utrum apud ejus poſteros imperium permaneret. Tum illas reſpondiſſe dixit, nullius clarius in Rep. nomen, quam Claudii poſterorum futurum.* Et aliquot interjectis lineis: *cujus puto poſteros*

ſteros ad eam gloriam, quæ a Dryadibus pronunciata ſit, pervenire.

De Druide Antiſtita. §. LIII. His Dryadibus adnumero ARETEM DRVIDEM ANTISTITAM, de qua loquitur Tabula Metenſis ædium Clervantiarum apud *Gruter.* P. LVIII. n. 9:

SILVANO
SACR
ET. NYMPHIS. LOCI
ARETE. DRVIS
ANTISTITA
SOMNO. MONITA.
D. (*n*)

De Somniorum interpretationibus. Loquendi formulæ: SOMNO MONITA; VISV MONITA; JVSSV NVMINIS &c. frequenter in marmoribus occurrunt. Hic autem peculiari ratione officium etiam Druidis fœminæ indigitatur, quod præter alia in eo conſiſtebat, ut oracula & reſponſa a Diis acciperet. Somniis vetularum divini quidpiam ineſſe credula ſibi perſuaſerat Antiquitas.

De Somniis vetularum.

Anglo-

n) Nonnulli ap. *Tacit.* de M. G. pro Aurinia, fœmina fatidica Germanorum Aridiam legere malunt.

Digitized by Google

Anglorum ritum fuiſſe, *ut proſternutatione* & SOMNIO VETVLARVM *dimitterent iter ſuum ſeu negotium*, teſtem habemus *Ordericum Vitalem Eccleſ. Hiſt. lib.* 10, Tritum proverbium eſt: *anus quæ vult ſomniat.* Reginam Ragnhildim Halfdani nigri uxorem per ſomnia multarum rerum præſagam fuiſſe *Snorro Sturleſonius* memoriæ prodidit in *Konung Halfdan Swartes Saga* c. 6. Quantum in genere ſomniis eorumque interpretationi tribuerint majores noſtri, ad nauſeam usque exemplis inculcant vernaculi Scriptores. Halfdanus Rex ipſe ut rem miram imo infauſtam conſiderat, quod nullas ſomniorum imagines haberet. Tandem Thorleifi conſilio in ſimito ſomnum capiens voti compos fit atque in capite cinnorum radiatorum, inſtar cornuum protuberantium, ſpecies oblatas habet, quas Thorleifus de Halfdani progenie ampla lateque dominatura interpretatur. *Snorro* l. c. c. 7. Alia ſomniorum explicatorum exempla habes in ejusdem *Konung Olaf Tryggwaſons Saga cap.* 52. & *Konung Olaf Helges Haraldſons Saga* p. 174.

De Volis Septentrionalium.

§. LIV. VOLAE etiam h. e. Sibyllæ vocabantur Septentrionalibus populis quædam fœminæ futura præsagientes. Hæ urbes agrosque circumire simplicemque plebem nummis emungere solebant. Ad Matrum tamen sive Druidum autoritatem minime accedebant, neque sacra curabant, sed Cingarorum hodiernorum (derer Zigeuner, Belgis Heiden) more vitam tolerabant. Exempla earum prolixa enarrant *Norngestz Saga*, *Vatzdæla* & *Eiriks Rauda Sogu* apud *Barthol. Ant. Dan.* p. 685. *seq.*

De Senis, Samnitis, Barrigenis Genis.

§. LV. Propius ad Matres accedunt, aut potius plane cum iis conveniunt fœminæ insulæ Senæ, de quibus miranda fabulati sunt antiqui Scriptores, re tot tricis involuta, ut filo fere Ariadnæo opus sit ad devia effugienda. Loca Scriptorum hactenus visa insanabilia in ordinem redigere conabimur, duce primum, quantum licuerit, *Strabone Geograph.* l. 4. p. 303. seq. Ἐν δὲ τῷ Ωκεανῷ Φασιν εἶναι νῆσον μικράν, ἀ παυυ πελαγίαν, προσκειμένην τῆς ἐκβολῆς τῆ Λείγηρος πολαμῷ· οἰκεῖν δὲ ταύτην τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ καλεχομένας, καὶ ἱλασπομένας

νας τὸν θεὸν τοῦτον τελεῖαίς τε, καὶ ἄλλαις ἱεροποιίαις ἐξιλεσμένας· ἐκ ἐπιβαίνειν δὲ ἄνδρες τῇ νήσῳ, τὰς δὲ γυναῖκας αὐλοὺς πλεύσας, κοινονεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ πάλιν ἐπανιένας· ἔθος δ' εἶναι καὶ ἐνιαυτὸν ἅπαξ τὸ ἱερὸν ἀποσεγάζεσθαι, καὶ σεγάζεσθαι πάλιν ἀυθημερὸν πρὸ δύσεως, ἑκάστης φορτίον ἐπιφερούσης· ἧς δ' ἂν ἐκπέσοι τὸ φορτίον, διασπᾶσθαι ταύτην ὑπὸ τῶν ἄλλων· φερούσας δὲ τὰ μέρη περὶ τὸ ἱερὸν μετ' ἐυασμοῦ, μὴ πάυεσθαι πρότερον, πρὶν πάυσωνται τῆς λύτης. ἀεὶ δὲ συμβαίνειν, ὥστέ τινα ἐμπίπλειν τὴν τοῦτο πησομένην. h. e. *In Oceano autem insulam esse ajunt parvam, non plane in alto sitam, objectam ostio Ligeris: in ea habitare Samniticas mulieres, Bacchica instinctu correptas, quæ Baccum cæremoniis & sacrificiis demereantur: nullum eo virum venire, sed ipsas navigiis avectas cum viris suis coire, atque inde in insulam reverti: moris quoque esse ut templi tectum quotannis auferatur, eademque rursum die ante solis occasum integatur, unaqualibet mulierum onus apportante: cui onus excidat, eam ab aliis discerpi: & eas frusta inter cuandum ad templum congerentes non ante finem facere, quam furore solvantur: semper autem usu venire, ut una de iis onere elapso ita lanietur.* *Strabo* Samnitorum mulieres ait insulam objectam Ligeris ostio inhabitare,

quæ Bacchum ſingulari & partim cruento cultu venerarentur, quem ex Strabone repetit *Euſtathius in not. ad Dionyſium Periegetem.* Ipſe hic Dionyſius unicus fortaſſe veterum eſt, qui harum etiam fœminarum mentionem injicit, omiſſa quamlibet litera initiali S. in Samnitarum voce & ſitu inſulæ variante. (o) Euſtathii autem & Dionyſii autoritatem ſi ſequamur & Samnitarum inſulam oſtiis Rheni oppoſitam aut in mari Britannico ſtatuamus, Senarum quidem inſulam habebimus Pomponio Melæ memoratam, nomine ab illa non multum abhorrentem, ſacerdotibusque fœminis habitatam, ſed eo ipſo omnia quæ Strabo de illarum inſtitutis prodidit, maximam partem corruent. Ea enim non poterat non ut falſa & frivola ſilentio præterire, verumque inſulæ ſitum indicare. Quod in perpetua virginitate vixiſſe ejus incolas addit inde dubio procul venit, quod interdictum maribus omnem acceſſum acceperat. *Pomponii Melæ*, quæ huc pertinent exſtant l. 3. c. 6. *edit. Iſ.*

o) vide ejus v. 570. & c. 88. p. 40. verſionis *Abelis Matthæi. Euoe Evanque* ſunt acclamationes eorum qui Baccho ſacra celebrant. *Dionyſ. cap.* 101. p. m. 53.

Digitized by Google

If. Voſſii : SENA in Britannico mari Oſiſmicis adverſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt. Cujus antiſtites perpetua virginitate ſanctæ numero novem eſſe traduntur. BARRIGENAS *vocant, putantque ingeniis ſingularibus præditas maria ac ventos concitare carminibus, ſeque in quæ velint animaliæ vertere, ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt, ſcire ventura & prædicere: ſed non niſi deditas navigantibus, & in id tantum, ut ſe conſulerent profectis.* Vocatur inſula hæc (ut videtur) hodie Gallis *l' Isle des Saints*, non a Sanctis, quod incongrua ſcriptio innuit, ſed a veteri, *Sena* Breſtæque objecta eſt. Potiſſimus ſcrupulus circa BARRIGENAS hæret. *Turnebus* putat legendum eſſe GALLI SENAS, & ita etiam, *Andreas Schottus* in Antwerpienſi ſua editione ann. 1582. habet. Sed vix credibile eſt, Pomponium ſcripſiſſe, inſulæ Senæ mulieres vocari a Gallis Senas. *Voſſius Barrigenas* ſubſtituit, Gloſſis antiquis ſubnixus in quibus legitur: *Barrigenæ*, peregrinæ. (*p*) In aliis: Barri-

 genæ,

p) Moverat præterea quod in Philoxeni, Iſidori & aliorum Gloſſariis Barginnæ & Bargennæ pro barbaris & barbara acclamatione accipiuntur. Cui addere poſſumus, quæ habet *Bonaventura Vulcanius in Theſauro utriusque linguæ anno* 1600. *fol. Lugd. Bat.* edito p. 28:

Digitized by Google

genæ, peregrinæ, barbaræ. Quæ conjectura eo Voſſium abripuit, ut *Bardos* etiam cum *Bargis* (Sacerdotibus viris in cerebro ipſius prognatis) conciliare anniſus ſit ipſorumque *barbarorum* adpellationem a Barrigenis deducere. Verum cur *peregrinarum* nomen ſacerdotibus numinis Gallici inditum ſit, non capio.

Marcus

Barginna. Νεμεσέφορος, Βάρβαρος. Προσφώνησις βαρβάρε. conf. *du Fresne* & *Spelmann. Gloſſar. Archæol.* p. 65. dumque hæc in chartam conjicio incidi in TEVTHONISTAM (*vulgariter der Duytſchlender*) qui habet BARGINVS & BARGINIS, *eyn vrempt buten mynſch of pelegrym.* BARGINES. *die ſtarck in den ſtryde ſynt.* Impreſſio hujus vocabularii in forma majori incepta eſt anno 1475. Menſe Martii, ut initio operis traditur. In fine Dictionarii Latini legas: Explicit preſens vocabulorum materia a perdocto eloquentisſimoque viro Dn. Gherhardo de Schueren, Cancellario Illuſtriſſimi Ducis Clivenſis & diverſorum terminiſtarum voluminibus contexta. propriisque ejusdem manibus labore ingenti conſcripta ac correcta. Colonie per me Arnoldum ther hornen diligentisſime impreſſa. Finita ſub annis Domini M.CCCC.LXXVII. die ultimo menſis Maji. De quo Criſto Marie filio ſit laus & gloria per ſeculorum ſecula Amen. fol.

De Teuthoniſta.

Digitized by Google

Marcus Zuerius Boxhornius in Origg. Gallicis COENAS legit, atque ab Hebraico כוהן *cohen*, quod ſacerdotem notat, derivat. At Celticarum vocum origines Hebraicæ jam dudum merito exploſæ ſunt. *Cambdenus* non auſpicatiore auſu LENAS mavult, quod Britannis virgines ſacras, quas moniales nunc vocant, *Leanas* adpellatas fuiſſe, ex antiquo Gloſſario conſtet. vide *ejus Deſcript. Britann.* p. m. 8. *Fredenandus Pintianus not. ad Melam* p. 70. GALLICENAS vel GALLICINAS ſubſtituit. *Jan. Cæcilius Frey* verborum luſui indulgens in *opuſc. poſt.* p. 15. *Senas* explicat quaſi ſanas & ſanitatum præſides. Nulla diverſarum harum ſententiarum nobis probatur. Miramur potius tantos viros in re tam facili & perſpicua adeo potuiſſe cæcutire. Fatetur ipſe *Iſ. Voſſius*, libros manu exaratos Geographiæ Pomponianæ habere GALLIZENAS aut GALLIGENAS. Cur igitur a vera lectione recedere ſuſtinuit? quam, ſi non intellexit, temere tamen in Barrigenas, frigidiſſimum imo nullum ſenſum reddentes, mutare non debuiſſet. Si enim ſtemus Manuſcriptorum fide, quæ inſulis emendationibus omnino anteponenda eſt, GALLI GE-

NAS VOCANT habebimus omniaque perſpicua depulſis conjecturarum nodis ac tenebris. Nempe *Genæ* & *Queene* Germanis Celtisque fœminæ ſacerdotesque ejus ſexus dicebantur, quod infra uberrime dabimus probatum. Vocis interim convenientiam cum nomine ipſius inſulæ ſenæ multis erroribus anſam præbuiſſe, nemo non intelligit.

De Haliruunis. §. LVI. Communisſimum autem apud Germanos & Septentrionales ALRVNER, HALRVNER, nomen fuit, quo fœminas vates compellabant. ALIORVMNAS nominat *Jornandes de rebus Geticis ex recognitione Bonav. Vulcanii: Filimer Rex Gothorum & Gandarici magni filius poſt egreſſum Scanziæ inſulæ jam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut a nobis dictum eſt, reperit in populo ſuo quasdam magas mulieres, QVAS PATRIO SERMONE ALIORVMNAS IS IPSE COGNOMINAT easque habens ſuſpectas de medio ſui proturbat, longeque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem coëgit terræ. Quas ſpiritus immundi per eremum vagantes cum vidiſſent & earum ſe complexibus in cœitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum* (Hunnos ſcili-

ſcilicet) *edidere. cap.* 24. p. m. 643. (*q*) Vocantur nonnunquam ALYRVNAE ut

q) Ad verbum hunc locum ex ſcripſere *Abbas Urſpergenſis in Chronicis* de Hunnorum origine agens & *Paulus Diaconus* lib. 12. fabulæ exitus cum eo coincidit, quem de origine Gigantum in inſula Albion effinxit autor MSti inſerti Monumento Salisburienſi illuſtrato.

De Duſiis & concubitu dæmonum cum mulieribus. Dæmones cum mulieribus coire tam vetuſta perſuaſio majorum noſtrorum fuit, quam ridicula. *S. Auguſtinus lib.* 15. *de Civit. Dei cap.* 23: *Quosdam dæmones, quos* DVSIOS *Galli nuncupant, hanc aſſidue immunditiam & tentare & efficere plures talesque aſſeverant.* Ex quo nonnulla deſumſiſſe videtur *Iſidorus lib.* 8. *Orig. cap. ult: Piloſi, qui Græce Panitæ, latine incubi adpellantur ſive Inivi, ab ineundo paſſim cum animalibus: unde & incubi dicuntur ab incumbendo, hoc eſt, ſtuprando. Sæpe etiam improbi exiſtunt mulieribus & earum peragunt concubitum, quos dæmones Galli Duſios nuncupant, quia aſſidue hanc peragunt immunditiem. Duyſe* enim veteribus Belgis *concubina* fuit teſte Kiliano. *Hincmarus* (peſſimæ cauſæ peſſimus defenſor) *de divortio Lotharii* p. 654: *quædam etiam fœminæ a Duſiis in ſpecie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertuliſſe inventæ ſunt.* Ejusmodi nugas ad celanda adulteria excogitatas humanis mentibus patrum adhuc memoria inhæſiſſe (adeo ut vermiculos ex tali concubitu prognatos

Digitized by Google

apud *Trithemium in Breviario Annal: Vaticinantem a ſagacitate vocarunt Alyrunam. Vetus Gloſſ. Necromantia*, HELLIRVNA. *Munſterus* ALRVNAM *non male adpellat.* Rationes *enim* exponens, quæ Marcomirum Regem Francorum fabuloſum impuliſſent, ut emigraret ex Aſia novasque occuparet ſedes, addit *Coſmogr. Univerſ. pag.* 76: *Supervenit & maga quædam* ALRVNA *nomine, quæ ad idem illum cohortata eſt. Effecit enim mulier illa arte ſua, ut noctu regi Marcorio appareret ſpectrum quoddam cum tribus capitibus, nempe cum capite aquilæ, capite buſonis & capite leonis, dixitque aquila: Genus tuum o Marcomire opprimet me, & conculcabit leonem interficietque buſonem.*

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Fabulam hanc incaute repetit *Golz. Oper. T.* V. de origine Francorum agens. Aventinus (plurima ex Strabone mutuatus) ALIRVNAS nominat *lib.* 1. *Annal. Boj.* c. 7. §. 5. p. m. 23: *Erant inter illos* (Cimbros) *ſacerdotes divinationis peritæ, quas patrio ſermone* ALIRVNAS *nuncupant. Hæ in-*

fuiſſe, mulierculas per tormenta confiteri coëgerint) invita credet poſteritas.

incinctæ zonis, nudæ pedibus, canis capillis (r) *linteaque tunica, & alba veſte,* (s) *quæ ſubtus fibulis annexa erat, amictæ: captivis per caſtra ſtrictis occurrebant enſibus, quos ad humum ſternentes, ad æreum pertrahebant craterem,* (t) *deinde eos in ſublime tollendo jugulum ferro aperiebant & profluente tum ſanguine in craterem, eventum belli vaticinabantur.*

r) fœminas Germanorum fatidicas, Druides &c. promiſſis comis fuiſſe ex *Tacito* intelligimus Paulini Suetonii expeditionem in inſulam Monam (hodie *Angleſey*) deſcribente: *Stabat pro litore diverſa acies, denſa armis virisque, intercurſantibus fœminis in modum furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis, faces præferebant. Druidæque circum, preces diras ſublatis ad cœlum manibus fundentes, novitate aſpectus perculere milites &c. Annal.* l. 14. c. 29. fœminas fuiſſe non plebejas ſed ſacerdotes, ex facibus colligo, non niſi ſacris ceremoniis ac devotionibus adhiberi conſuetis. *Rejectis* vel *diſjectis crinibus* forte melius legitur quam *dejectis*.

s) Albus color candoris integritatisque index apud plerasque gentes habebatur. Druides etiam eo uſos fuiſſe, tum ex aliis tum Cæſare imprimis conſtat.

t) De tali cratera intelligo locum *Strabonis: Cimbri nuper Auguſto lebetem, qui apud ipſos ſacerrimus habebatur, dono miſerunt.* Judicio quoque aquæ ferventis adhibitum fuiſſe, alibi fuſius proſequar.

Digitized by Google

bantur. Aliæ dissecto ventre ex intestinis victoriam interpretabantur. Inter prælian-dum vero pelles ad carrucarum velamina extensas crebris pulsantibus ictibus, ingens strepitus cum horrore edebatur: Mazonas (u) nos

u) Vox *Mazzen* a bona significatione qua olim gaudebat desciuit, hodieque dicitur de meretrice (eine Metze) quod fatum alicubi locorum etiam expertum est nomen Dirne, quod puellam famulam notat. Originem vocis a *Manzon* deduco, quod ubera vel mammas veteribus significabat. Tatianus Alexandrinus in Harmoniæ Evangelicæ antiquissima versione Theodisca. c. 53. §. 2. p. 109:

Salig uuamba, thiu thih truge,
Inti thie manzon, thie thu fugi.

i. e. Beatus venter, qui te portavit,
Et ubera, quæ suxisti.

Descendit ab eadem voce alia *Mauzen*, qua partes muliebres (parte sumta pro toto) adpellant in ea Germaniæ regione quæ Francofurto ad Rhenum Coloniam versus & Confluentiam extenditur, in qua tractu mons est, der Mauzenberg ideo dictus, quod abundat conchis marinis, quæ illarum partium genuinam speciem præ se ferunt. Inundatione gravissima, ut in plerisque orbis terrarum partibus observamus, illuc advectæ, nunc lapidum naturam partim induerunt. Mauzenstein adpellat vulgus. Hassia etiam ejusmodi conchas venereas ostentat, rariores tamen

Digitized by Google

nos, id eſt, viragines: Græci Amazonas vocant.

§. LVII. HALIVRVNAS habent Jornandis Codices manuſcripti optimæ notæ & quidem merito. HALI enim veteribus notat ſanctum, (w) unde menſis Septembris etiam Anglis dicebatur *Halegmonath*, menſis ſacrorum, interprete *Venerabili Beda de Temp. rat. cap.* 13. T. II. p. m. 81. RVNA vatem, myſten ſignificat itemque myſterium. *Ulphil. Marc.* 4. v. 11: *izvis atgiban iſt kunnan runa thiudangardjos Goths.* h. e. vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. (x) Variante dia- *Nominis explicatio.*

poſtquam nobilis quidam magna diligentia conquiſitas in ſpecum artificialem (*Grotte* adpellant) curioſitate hactenus inaudita transtulit.

w) ex quo *Haleg*, heilig & heyl Germanorum efformata ſunt, & Britannorum *To hallow* ſanctificare, & *holy*, ſanctus.

x) Quæ verba fere repetita *Luc.* 8. v. 10: *izvis iſt kunnan runos thiudanaſſaus Goths.* Aliis locis conſilium notat, imprimis ſecretum. *Matth.* 27. v. 1: *runa nemun allai gudjans*, conſilium inierunt omnes Principes ſacerdotum. *Luc.* 7. v. 30: *Runa Goths*, Dei conſilium ſecretum ſive myſterium. *Matth.* 27. v. 7. *Garuni than nimandans.* h. e. conſilio autem capientes. *Marc.* 3. v. 6: *garuni gatavidedun*, conſilium faciebant. *Carunni*, myſteria vo-

dialecto *gerynu* myſterium dicebant (unde Alrynia etiam quibusdam ſcribitur) & Saxonice *gerynelice*, myſticum. *Beda* I. *Reg.* c. 1: *wæs he gerinelice word ſprecende*, i. e. myſtica verba locutus eſt, & Celtis *Rhiniau* ſecreta magica notaſſe ſcribit R. P. Dom. P. *Pezron* p. 410. (*y*) Germani hodieque dicunt einem etwas ins Ohr runen oder raunen, ſecreto alicui in aurem quid dicere vel ſuſurrare, ſuggerere, ſubmittere. In veteri Saxonica Bibliorum verſione *Pſalm.* 41. v. 8. exſtat. alle myne ryendē runeden tegen my, omnes inimici mei muſſant & ſecreta conſilia agitant contra me. Retinuit & *Lutherus* l. c. alle die mich haſſen raunen mit einander wider mich. Hebraica vox murmura & ſuſurros indicat, & alibi etiam murmura magica notat. *Pſalm.* 58. v. 6. Jer. 8. 17. Angli dicunt: *To rowne* (quod cum Germanorum pronunciatione raunen coincidit

cantur in exhortatione Theotiſca ad plebem Chriſtianam, & *Runa* Myſterium in Gloſſis MStis Rabani Mauri.

y) *Pezron Docteur en Theologie de la faculté de Paris & ancien Abbé de la Charmoye Antiquité de la nation & de la langue des Celtes. Pariſ.* 1703. 8. qui liber ingenioſiſſimus multifariaque doctrina compoſitus vaniſſimis & frivolis cæterum conjecturis innititur.

cidit) *one in the lare.* In *Teuthoniſta* eſt: *Ruynen luyſtren, ruynen eynen heymlick tœ.* Revelare auriculam, ſuſurrare. A quo non abhorret *Ruſticanus Terminorum* voce *Rawncn.* Imo quia ipſæ incantationes magicæ ſecretæ atque inter myſteria habebantur, plerumque etiam ſuſurris peragebantur, hinc ad eas quoque id nominis duplici de cauſa tranſiit. In *Codice legum Norvagicarum* Titulo de iis quorum mulcta partim regi, partim Epiſcopo cedit: *Ef madr foer met Spaadom,* RVNVM, *Galdrum, Gierningom, Liſiom, edr adrom thvilikom lutom, ſem domizt fyri villa, fare vtlægr en kongr oc biſcop ſkifti fe hans.* h. e. Si quis vaticinationibus, RVNIS, incantamentis, maleficiis, præſtigiis aliisque ejus generis erroneis judicatis actionibus deditus fuerit, exul erit, ejusque bona Regi & Epiſcopo cedent. *Svartra Runa ſtafr. off* h. e. Suartunarum Alphabetum, quod incantationibus adhibebant, ipſoque nomine Necromantiam die Schwartz-Kunſt refert. Eædem literæ etiam *Ramruner,* h. e. acerbæ, amaræ dicuntur. (z) Memora-

z) Septentrionalium veterum literæ vocantur *Runæ* diverſo tamen ex fonte. Inſculpebant eas ligneis & fraxineis (Buchen) præcipue tabulis aut *De literis Runicis.*

morabile habemus exemplum incantationum & carminum magicorum, quibus

bacillis (quas Stab & Stábe adpellamus) quod quia difficillimum, ſi curvis ductibus & flexionibus conſtitiſſent literæ, rotundas fere lineas omnes in rectas redigebant. Dedit id locum Germanicæ literarum adpellationi (Buchſtaben) æque ac alii, qua *Runar*, *Runer* & *Runnen* dicuntur frequentisſime, præſertim in lapidibus ſepulchralibus, quæ familiari formula finiuntur - - INCIDI FECIT RVNAS. *Runa* enim hodie *rinne* idem eſt quod rima, canalis, fiſſura; & bacilli runici (Runenſtabe) haud multum recedunt a ruſticorum noſtrorum bacillis Kerbhölzer dictis. Eine Kerbe autem fiſſuram denotat vel rimam. Idem notare vocem *Runam* ex *Woluſpa* novimus, quæ *Stroph.* 39. p. 67. partes genitales mulieris ob ſimilitudinem adpellat *Runa*, rimam, fiſſuram. Utrasque voces adductas uno loco illuſtrat Ruſticanus terminorum: Arsrynne oder Arskerbe, podicus vel potius podex. Quibus recte perpenſis non poſſunt frivolæ *Salmaſii* aliorumque derivationes collabi. Explodenda etiam Suecorum jactatio de Runarum omnem fidem excedente vetuſtate, quos inter *Olaus Rudbeck* fallaci ſua telluris ac ſoli perſcrutatione inductus eo temeritatis procesſit, ut mundo congenitas feciſſet niſi diluvii univerſalis ex ſacris literis cognitisſimi tempora inſtitutum interpellasſent. conf. *Atlant.* T. I. c. 38. p. m. 831. ſeq.

Digitized by Google

bus Hervora patris manes e tumulo evocavit in *Hervar. Saga* c. 7. ørva Runnum

Plura de Runis literis hic adducere non vacat; consulat Lector, cui volupe est, *Verelii & Wormii Runographias. Jo. Burei Runa Kanslones läres span*, sive introductionem ad lectionem literarum Runicarum. *Jo. Loccenii Antiqq. Sueo-Goth.* l. 2. c. 14. p. m. 83. seq. Illud addendum, vel vocum affinitate & consonantia, vel, quia literæ etiam ipsæ secretis annumerabantur disciplinis factum esse, ut literæ Runicæ in plurimis incantationum mysteriis adhiberentur. Diversæ autem erant hæ Runæ magicæ ab iis, quibus in reliquis vitæ negotiis utebantur, pluresque in partes dispescebantur. Glossarium veteris Islandicæ linguæ septem earum classes recenset. Sunt enim ᚾᛁᛋᚱᚢᚾᛅᚱ, Sigruner, i.e. Runæ victoriales: ᛒᚱᚢᚾᚱᚢᚾᛅᚱ, Brunruner, Runæ fontanæ: ᛘᚨᛚᚱᚢᚾᛅᚱ, Mälruner, Logo Runæ: ᚨᚢᛚᚱᚢᚾᛅᚱ, Aulruner, Runæ cerevisiariæ: ᛒᛁᛅᚱᚷᚱᚢᚾᛅᚱ, Biargruner, Runæ auxiliatrices: ᛚᛁᛘᚱᚢᚾᛅᚱ Limruner, Runæ arboreæ: & ᚼᚢᚷᚱᚢᚾᛅᚱ Hugruner, Runæ cordiales. Operæ pretium erit earum usum hic quoque legere. I. *Sigrunar skalltu kunna ef thu villt Snotur vera: rist a hialte hiors, a vettrunum, og a valblystrum og nefna tvistar Tyr.* h. e. Runas victoriales callere debes, si sapiens, astutus atque callidus evadere cupias,

vocantur artes magicæ, quibus fœminarum amor conciliatur in *Haavamaal Stroph.*

Incide eas capulo vel retinaculo enſis tui, item chirothecis & lituo bellico,& bis nomen Tyr ingemina. II. *Brunrunar skalltu giora, ef thu villt borgit hafa a sunde ſeglmaarum. A ſtafn skall thær riſta, og a Stiornarblade. Tha komſt hæill af hafe.* i. e. Runas fontanas adhibe, ſi quando merces tuas ſartas tectas maritimisque periculis exemptas habere cupias. Eas puppi incidas & gubernaculo, atque ita incolumis e mari evadas. III. *Málrunar skall thu kunna, ef thu at mage ther heiptum giallda harm; thar um vindur, thar um væſur, tharum ſætur, allar samen a thui tinge er menn Skulti i ſulla doma fara.* h. e. Logorunas uſurpato in penſandis & ulciſcendis injuriis. Eas incidito ſepimentis, tentoriis & ſedilibus fori, ubi judicia peraguntur. IV. *Aulrunar skalltu kunna ef thu villt ad annars QVEN vaete thig ecke, trygd ef thu truer: a horne skall thad riſta og a handar baka,oc merkia a nagle Naud:* h.e. Runas cereviſiarias adhibeto, ne te aliena mulier decipiat,eas cornu potatorio inſculpito, & exteriori parti manus tuæ, notata ſimul in ungue litera ᚾ, quæ Naud dicitur. V. *Biargrunar skalltu nema ef thu villt borgit faa og leisa kind fra konu. a lofa skall thaer riſta, og um lida ſpenna og bidia Dyſie duga.* h. e. Auxiliatrices Runas addiſcas ſi fœminam onere partus facile levari cupias, iisque artus & membra cingito, opemque Parcarum (Dyſarum, vid. ſupra)

Stroph. 104: *Annars KONV teig thu thier o alldreige ørva Runnum ad.* h. e. alterius uxo-

implorato. VI. *Limrunar skall tu kunna; ef thu villt läkner heita, og kunna saar at sua. a a beke skall thær riſta og a hare vidar theſs er lute auſtur limer.* h. e. Runas arboreas noſſe debes, ſi egregii medici nomen ſuſtinere velis vulneraque ex arte curare. Eas incidito cortici & foliis arborum, quæ ſe verſus auſtrum potiſſimum flectunt & inclinant. VII. *Hugruner skalltu nema, ef thu villt huorium vera gedhoskare guma, ther of roed, ther of reiſt, ther of hugdo.* Runas cordiales ſcire debes, ſi quolibet virorum animoſior eſſe velis. Eas delineato in pudendis & pectore tuo. vid. *Stephan. not. ad Sax. Gramm.* p. 45. Quibus ceremoniis inimico fatales runas exaraverint *Gretteri Hiſtoria* manifeſtat: *Hon tok knif sinn oc riſti runar a rotar kilfuna oc reid a blodi sinu oc quad yfir galldra oc geck aufug rangsælis um treit. oc hafdi þar yfir morgummæli. Eptir þat let hon hrinda trenu ut a sio oc mællti sva fyrir at þat skylldi reka ut til Drangeyiar oc verda Gretti allt mein at.* h. e. Illa cultro accepto runas ligno incidit, ſanguineque ſuo illivit, deinde incantamenta canens, retrograde & contra curſum ſolis, lignum circuivit, multasque diras protulit; deinde lignum in mare projici curavit, precata, ut fluctibus ad Drangóam (inſulam) pulſum Grettero omnium malorum cauſa foret. *Barthol.* l. c. l. 3. c. 2. p. 661. ſeq. Non male igitur Olaus Skott-

uxorem nunquam pellice allectionis Runis. Atque ita HALIRVNAS vel ALRVNAS habemus *ſacrorum myſteriorum conſcias & vates*; idemque indicantes, quod Matrum Auguſtarum ſive divinarum elogium in marmorum inſcriptionibus. Unde & ratio reddi poteſt, cur apud *Clementem Alexandrinum* loco ſupra adducto, videlicet *Strom.* l. 1. p. m. 305. ἱεραὶ γυναῖκες, *ſacræ mulieres* ipſis Germanis vocitatæ memorentur, non alia voce apud nos ſuperante, quæ illud æque exprimere poſſit. (*a*) *Saxo Gramm.* l. 8. Sagam

konung feciſſe exiſtimandus eſt, qui ab anno 1001. runas, quantum in ipſo fuit, exſtirpare conatus eſt, omnemque earum uſum penitus interdixit, ut remoras injecturum Chriſtianæ doctrinæ, teſtante *Erico Schrödero* ex membranæ veteris fragmento *in præfatione ad Lexicon Latino-Scandicum.*

a) Corruunt hoc pacto Etymologicæ disquiſitiones de AL-RVNA h. e. omniſcia *(Georgii Stiernhielmii)* in præfatione de linguarum origine ad editionem Evangeliorum Ulphilæ. *Menſonis Altingi* in Notit. Germ. Inferioris p. 101. ſeq.

de ADEL-RVNER, nobili fœmina vel nobili ſcientia prædita (*Olai Wormii* Liter. Run. c. 3. p. 16.)

de HELLE-RVMNA, h. e. ſecreto cum inferis & dæmonibus colloquente; (*Ricardi Argen-*

gam nomine *Gutrunæ* consultam fuisse indicat, hanc *bonam vatem* interpretandam esse neutiquam dubito. Idem asserendum de *Guthruno*, cujus mentio apud *Guilhelmum* Lambardum in Αρχαιονομίᾳ Anglica. Alia composita *Solrun*, *Sigrun*, *Ofrun*, mulierum propria obvia sunt in vernaculis scriptoribus. Et ne quid desit earum honori, ipsam Deam quæ cum conjuge Uko tempestatibus præesse creditur, apud Finnos (*b*) dici ROUNE,

 Wexio-

tini Angli libro de præstigiis & incantationibus Dæmonum cap. XI.)

de ALTE-RVNE, sive vetula Saga; (*Coleri* not. ad Tacit. de Mor. Germ.)

de OR-RVNA, h. e. in aurem susurrante; (*Joh. Sauberti* de sacrificiis vet. p. 161.)

de etymo Hebræo ab אר quod excelsum, & רנן, quod canere significat. (*Schedii* de Dis Germ.) &c.

Singularia de Lapponum sacrificiis.

b) Lappones hodierni ut & Finones plurima cum majorum nostrorum institutis communia habent. In eo tamen a finitimorum omnium tum recentibus tum vetustis moribus recedunt Lappones, quod fœminas nubiles omnibus locis sanctis sacrificiisque excludunt, metu ne protinus dæmoniorum ira concitata præsentiæ crimen morte luant. vid. *Jo. Schefferi Lappon.* p. 103. seq. Credibile est, id fieri propter morborum impuritatem.

Digitized by Google

Wexionius (ex Sigfrido Aronis) lib. 10. *Descript. Suec. cap.* 1. perhibet. Sacerdotes autem Celticas maria ac ventos carminibus concitare noviſſe ex *Mela* vidimus.

Inſcriptio Alrunis dicata.

§. LVIII. Matribus inſcriptiones dedicatas fuiſſe fuſius ſupra demonſtratum eſt; eundem & *Alrunis* honorem habitum fuiſſe lapis Agunti (hodie Junichen) in Norico inventus atque Seum (vel Seiam, in

Juvat hanc conjecturam, quod *Damianus Goes* prodit, Lappones in ea eſſe ſententia, dæmones id genus excrementi, quod per menſtruum morbum egerunt, ferre non poſſe. Poſtquam enim oſtenderat, Lappos ſuis artibus naves in medio retinere curſu, ſubjicit, illud malum emendari *ſolo virginum excremento foris navium & tranſtris illito, a quo ſpiritus illi natura abhorreant*; hocque, ait, ſe ab ipſis incolis accepiſſe. Ibidem. Eam ſuperſtitionem ipſis non propriam & peculiarem fuiſſe, ſed cum aliis etiam gentibus communem, ex *Plinii* l. 28. c. 7. didici, ubi inquit: *Id quoque convenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menſtruo poſtibus irritas fieri magorum artes.* Germanis familiare eſt proverbium hoc loco forſitan non alienum, quo diabolum diabolo pelli debere indicant, man müſſe einen Teuffel mit dem andern vertreiben.

Digitized by Google

in monaſterium) translatus manifeſtat apud *Aventin. Annal. Boj. pag.* 88:

BEDAIO. AVG.
ET ALOVNIS
SACR.
C. CATIVS
SECVNDIA
NVS II VIR
IMP. ANTONIN
II ET SACERDOTE COS.

Bidajum ſive *Bedajum* olim fuiſſe Jovavum inter ſeu Salzburgum & Pontem Oeni probat *Reineſius Synt. Art.* CXLIIX. cujus urbis conditor divinos adeptus honores, vel genius aliunde adſcitus in noſtro lapide memoratur. Difficilior lineæ ſecundæ explicatio Ἀλαυνοὶ populi *Ptolemæo* l. 2. p. m. 80. inter eos nominantur, qui ſub Venedis ad Orientem magis vergunt, remotiſſimi præterea, & ſecundum *Plin.* l. 3. c. 21. in Illyrico quærendi. (*c*) Verum integrum populum (eumque ſatis ignobilem, cujus vix

c) Diverſi plane ab Alonis Aſiaticis, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit. *Plin.* l. 6. c. 26.

ſitus nedum res geſtæ inveſtigari poſſunt) inter numina habitum divinisque cultum honoribus, mihi nunquam perſuaſerim, tacentibus omnibus Scriptoribus nulloque inter tot millia marmorum vel dubio exemplo huic ſententiæ fidem conciliante. Quare ALORVNIS vel ALRVNIS legendum nemo non videt, ſervata convenientia cum Auguſto Bedaio. Cui conjecturæ & illud favet, quod lapidem ipſum vetuſtate quodammodo exeſum eſſe dubiasque lineæ ſecundæ literas conſervaſſe, illud indicio eſt, quod *Wigulejus Hund in Metropoli Salisburienſi Tom.* III. p. 342. eandem inſcriptionem referens ALVONIS habet pro ALOVNIS. Et deleta inferiore ſaltem parte literæ R in Alrunis, ſuperior reſtans non potuit literæ O ſpeciem legentium oculis offerre.

De Velleda in ſpecie.

§. LIX. Magnam fuiſſe Druidum apud populares ſuos autoritatem ex Cæſare aliisque manifeſtum eſt; majorem Matrum ſive Halirunarum fuiſſe inde adparet, quod cum nullius Druidum marium nomen (*d*) ſcriptis veterum Autorum nobis pro-

d) Excepto Divitiaco Gallo, &, ſi Getas hoc cenſu comprehendere placeat, Zamolxi & Decenæo.

proditum ſit; mulierum tamen harum ſacrarum plures nominetenus expreſſas legamus. Has inter primo loco collocanda erit VELLEDA, ſub Veſpaſiano Imperatore vaticiniis ſuis divinisque quibus colebatur honoribus apud Germanos celeberrima. *Taciti* locus *Hiſt. lib.* 4. c. 61. ſupra jam adductus id extra omnem dubitationis aleam ponit. Scribit enim: *ea virgo nationis Bructeræ* (e) *late imperita-*

Gg 5 *bat,*

De Bructeris.

e) *Bructeri* h. e. incolæ paludum, nomen ſortiti ſunt ab humida terra & paludibus, quas Germani *Bracken* vel *Broucke*. Unde Melliboci quoque montis ſummum jugum accolis *der Brockberg* vel *Brocken*, & ſubjectus majori minor mons *der kleine Brocken* nominatur non a Bructeris populis ſed humido & paludoſo ejus ſolo. *Teuthoniſta* id nominis explicat *broick, renne, ollant, goir, palus. in den broick woenende*, paludarius. *broickechtich* of broicks, paludoſus, paluſtris. Plurimas Septentrionalium, Germanorum Celtarumque gentes nomina a ſitu locorum, quæ incolebant, traxiſſe, in proclivi foret demonſtrare. Eandem imprimis cum Bructeris nominis originem habent FINONES vel FENNI, quorum regio, *Fenland* ea de cauſa ipſis incolis *Soo-ma*, h. e. terra paludoſa dicitur a *Soo* palus & *ma* terra, teſte *Georgio Stiernhielm* in Gloſſario. FANIN enim Gothorum (*Ulphil. Joh.* 9. v. 6. 11. 14.)

De Finonibus.

bat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœminarum fatidicas & augeſcente ſuperſtitione

Anglo-Saxonum *Fenn*, Gallorum *fange*, Italorum *fango*, Britannorum *Fen*, lutum vel limum & paludem notat. Belgarum etiam vox *Venen*, qua loca paluſtria compellant ceſpitem bituminoſum (Torff) ſubminiſtrantia, non e latino, ſed eodem patrio fonte derivanda. Similis regionum conditio

De Marſis. MARSIS populis nomen impoſuit. *Marsh* enim & inferioris Saxoniæ incolis & Britannis hodieque eſt paluſtris regio.

Ad *Bructeros* revertendum, quos *Marcell. in vita S. Suuiberti cap.* 21. nominat *Boructuarios* apud Baron. ad ann. 705. p. m. 657. ſeq. De ſitu eorum variant interpretes. Hercyniæ ſylvæ accolas fuiſſe ex *Claudiano de* IV. *Conſ. Honor.* v. 450. ſeq. elucet:

Baſtarnæ fecere truces; venit accolæ ſilvæ
Bructerus Hercyniæ - - -

eam autem latiſſime olim diffuſam fuiſſe tractuque ſuo mediam fere Germaniam pervaſiſſe notum eſt. *Anton. Schonhovius de Orig. & ſedibus Francor.* caput regionis Swollin ad Iſalam fuiſſe conjectat, unde ad Tencteros proferebatur, qua nunc oppido *Vollenho, Haſſelt* & Geelmuud exſtant. *Simon van Leewen Batav. Illuſtr.* p. 91. in Zutphanienſi comitatu collocat. Uterque minus recte, cum ad interiora Germaniæ magis vergiſſe, ubi Luppia flumen campos ſecat ex *Taciti lib.* 5. c. 22. conſtet. conf. *Annal.* l. 1:

Digitized by Google

ſtitione arbitrantur Deas. Tunc Velledæ autoritas adolevit, nam proſperas Germanis res & excidium Legionum prædixerat. Ibid. cap. 65. pergit: *Arbitrium* (dicebant Tencterorum legati ad Concilium Agrippinenſium) *habebimus Civilem & VELLEDAM, apud quos pacta ſancientur.* Et mox: *Sic lenitis Tencteris legati ad Civilem & VELLEDAM miſſi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetravere. SED CORAM ADIRE ALLOQVIQVE VELLEDAM NEGATVM. ARCEBANTVR CONSPECTV, QVO VENERATIONIS PLVS INESSET. Ipſa edita in turre. Dilectus e propinquis conſulta reſponſaque ut internuncius NVMINIS PORTABAT.* Idem de *Mor. Ger.* c. 8. *Ineſſe enim ſanctum quid & providum putant fœminis: nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Vidimus ſub* D. *Veſpaſiano VELLEDAM diu apud plerosque numinis loco habitam.* Donis ab exercitu victore cultam fuiſſe declarat *lib.* 5. *Hiſt.* c. 22: *Multa luce revecti hoſtes captivis navibus prætoriam triremem flumine Luppiæ*

Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumque Amiſiam & Luppiam amnes inter vaſtatum. Paulo ante de Romano Duce: *Per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit.*

Digitized by Google

Luppia domum Velledæ traxere. Et *lib.* 4. *Hiſt. cap.* 61. Mumium Lupercum, Legatum Legionis captivum inter dona Velledæ miſſum ait. Eam poſtmodum captivam & in triumpho ductam colligas ex *Statio Sylvar. lib.* I. IV. v. 40:

Non vacat Arctoas acies Rhenumque rebellem
Captivæque preces Veledæ.

De nomine & habitatione Velledæ.

§. LX. Si quis ex nobis quærat, quid ſibi velit Velledæ nomen, ingenue ignorantiam noſtram profitebimur. (*f*) Neque

f) Si ulla vox luxuriantium ingeniorum etymologicas experta eſt interpretationes, hæc certe fuit. *Wormius Liter. Danic.* Velledam quaſi *die erwehlte*, electam dictam autumat. *Boxhornius* a *Vel* derivat, quod Belgis viraginem notat, interdum intractabilem, pertinacem. Ajunt enim: *Dat is een ſtout vel van een vroumenſch. Menſo Altingius Veelweet*, h. e. multæ ſapientiæ explicat. *Notit. Inf. Germ.* p. 101. ſeq. *Hadrianus Junius Bataviæ* p. 410. *Veel leed*, plurima mala & calamitates quibus ſe ſuosque oneravit. *Joh. Sauberus* velut *Vielheidam*, vel *Wildheidam* aut *Veldheidam* & *Waldheidam*, divitem agri, rure gaudentem, egregiam nutricem, in agris ſacrificantem. l. c. p. 161. ſeq. *Geſnerus in Mithridate* f. 32. vocem plane corruptam putans ejus loco *Veſſedam* ſubſtituit, ut Ger-

Digitized by Google

Neque minoribus nodis implicata de habitatione vel turri illius disquisitio. *Bernhardo Mollero SPELLEN* pagus est haud procul Vesalia. Scribit enim *lib. 6. Descriptionis Rheni* de Lippia Rheno sese infundente:

Rheno proximior Velledæ præterit aulam
Nomine jam dubio virginis aula latet.

Limite

manicam vocem *Weisheit*, quæ sapientiam notat, inde eliciat. Ut aliorum conjecturas sæpe risu excipiendas, nunc omittamus. Si spectri genus, quod Erfurti & in Voigtlandia die Frau Holde oder Holle adpellant, cum Velledæ nomine convenire statuamus, habebimus aliam etiam vocis originem, qua Velleda idem erat, quod grata, affabilis, favens. BELEDAM vocat Suidas in voce θεαύζσα. V. enim & B. facillime inter se commutantur. Exempla habemus in Inscriptione Reinesiana 446. Class. XX. DAVIT pro Dabit. Class. I. Art. 211. DVVIVS pro Dubius Inscr. 126. Class. XX. BIBATES pro Vivatis. Ibid. Inscr. 262. VONAE pro Bonæ. Sic apud Gruterum DXLII. num. 4. legitur Q. B. qui bixit, pro Q. V. qui vixit, & Pag. DCCLXXXVI. ABE pro Ave. Sæpius BOLCANO pro Volcano. Latinorum *Pelles* Germanice dicuntur Felle. *Vascones, Vasculi*, & *Bascli* sunt apud scriptores; *Basti* & *Bassalli*, idem ac Vasti & Vassalli.

Digitized by Google

Limite Spelledam ſuſtentant jugera lævo,
Manſio Velledæ, ſuſpicor, illa fuit.
Velledæ Spelleda quadrat, mutato priora,
Arguit hoc ratio nominis atque loci.
Deferar ulterius, Veſalia fluctibus inſtat
Lippiacis: Rheno Lippia perdit aquas.

Refutat hanc opinionem *Slichten horſt Hiſtoriæ Geldricæ* lingua Belgica compoſitæ l. 2. p. 15. *Piccardus* in Charta Geographica, quam Chronicis Drenthiæ ſubjecit, vicum *Vehlen* ei adſignat haud longe Luppia ſitum. Lucum *Wildloch*, quemadmodum in Diplomate Caroli M. quo Bremenſium auſpicatur Epiſcopen, nominatur, ejus honori adſcriptum credit *Jo. Schildius de Caucis* p. 142. *Geelmund* ejus ſedem fuiſſe ſtatuit Schonhovius l.c. p. 63. Quæ cuncta tamen quam imbecillis fulcris innixa vacillent, nemini non in oculos incurrit. Turrim, quam inhabitabat, ad Luppiam exſtructam fuiſſe ex *Tacito* conſtat. De cæteris pro certo quid adfirmare velle temerarii indicium ingenii foret, antequam monumenta hactenus incognita novam adfundant lucem taliaque

que pandant, quibus fidem noſtram jure addicere poſſimus.

§. LXI. Proximam Velledæ & temporis ratione & dignitate ſtatuimus AVRINIAM vel potius ALRINIAM aut ALRVNAM. Appellativam enim vocem pro propria a Romanis Germanicæ linguæ rudibus atque imperitis habitam fuiſſe, perſuaſus ſum. Et favet huic conjecturæ *Codex Farneſianus*, in quo FLVRINIA, quamvis corrupte etiam, ſcribitur. De hac *Tacitus de* M. G. l. c. *ſed & olim AVRINIAM ET COMPLVRES ALIAS venerati ſunt, non adulatione, nec tanquam facerènt Deas.* Egregius eſt hic locus ad ſcrupulum omnem iis eximendum, qui matres non pro veris Deabus habitas fuiſſe arbitrantur. Tò *facere Deos* enim, quod hic Auriniæ cultui opponitur, de iis tantum dicitur, qui non vere Dii ſunt ne ipſis quidem cultoribus, uti *Juvenalis lib.* 10. de fortuna ait: *De Aurinia.*

Sed te nos fortuna Deam facimus cœloque locamus.

§. LXII. GANNAM etiam ejusmodi fœminam fatidicam fuiſſe Suidas indicat Tom. I. θειάζουσα, ſcribens, *numine divino afflata, ut Meſſyus Senno-* *De Ganna.*

Semnonum Rex & Ganna virgo, quæ cum Beleda in Gallia erat numine divino afflata, ad Domitianum venerunt & honoribus ab eo affecti domum redierunt. Μέσυος ὁ σεμνόνων βασιλεῦς, καὶ γαννα παρθένος, ἡ μετὰ τῆς βελησδᾶς ἐν τῇ κελτικῇ θειάζουσα ἦλθον πρὸς τὸν Δομετιανὸν, καὶ τιμῇ παρ' αὐτῷ τυχόντι ἀνεκομεθῆσαν. Suidæ teſtimonio fidem addit *Dio Caſſius* lib. 67. p. 761: Μάσυος Νασαμόνων βασιλεῦς καὶ γαννα παρθένος (ἦν δὲ τὴν βελήδαν ἐν κελτικῇ θειάζουσα) ἦλθον πρὸς τὸν Δομιτιανὸν. h. e. Maſyus Rex Naſamonorum (potius Semnonum) & Ganna virgo (ea poſt Veledam in Celtica vates oracula reddebat) Domitianum adierunt. Addit præmiis & honoribus ab eo fuiſſe cultos. Suidam ſua ex Dione mutuatum eſſe videmus, tacito nomine, ut ſolet.

De nomine Gannæ.

§. LXIII. Quod Romanis in Aurinia, id iisdem in GANNÆ etiam nomine accidiſſe cenſendum eſt. (*g*) Pertinet enim ad adpel-

Romani ſæpe Germanorum adpellativas voces pro propriis acceperunt.

g) Hunc errorem Romanos in aliis etiam erraſſe probatur vel ſolo DVNI vel *Tauni* vocabulo, quod pro proprio habuit *Tacitus Annal.* l. 1. & l. 12. cum tamen ſit commune omnibus montibus & tumulis, qui hodieque Die Dünen Belgis di-

Digitized by Google

adpellativa, fœminamque denotat, conveniens cum Græcorum γυνή. Variante dialecto modo *kona* (*h*) eſt, modo *KVEN* (*i*)

cuntur, neque alio nomine veteribus venerunt, ut patet ex *Plutarcho de Fluviis* p. 23. & ex *Annalibus Bertinianis ad ann.* 839: *Tanta inundatio contra morem maritimorum æſtuum per totam pene Friſiam occupavit, ut aggeribus arenarum illic copioſis,* QVOS DVNOS VOCITANT, *fere coæquentur.* Theodfridus Epternacenſis de vita S. Willebrordi c. 15. poſtquam enarraverat, qua ratione vir Sanctus maris tempeſtates in inſula Walachria ſæpius irruentes compeſcuerit baculoque metam atque terminum undis deſignaverit, ſubjungit: *excrevit e veſtigio congeſta moles arenæ, inſtar muri firmiſſimi, quam congeſtionem ſua lingua DVNEN appellant indigenæ maritimi, & illic usque in præſens eliduntur & confringuntur fluctus periculoſiſſimi* &c. Inde tot urbes in *tuna* & *dunum* deſinentes, quorum numerus apud ſolum *Borel (Treſor de Recherches & Antiquités Gauloiſes & Françoiſes)* pag. 143. ultra 50. adſcendit.

h) vid. *Joh. Loccen. Lexicon Juris Sueo-Gothici. In ſchedis Aræ Multiſcii de Islandia* c. 2. eſt *Conor cona*, fœmina uxor.

i) vid. *Ulphil. Marc.* 6. v. 17.

vel *Queen*, (*k*) modo *Quinna*. (*l*) Etymon vocis est *kun*, Suecis *Kön*, *Kyn*, generatio, genus, proles, apud *Ulphil. Marc.* 8. v. 12, *Luc.* 9. v. 43. & c. 7. v. 3. In Corvejensi Cancellaria feuda hodieque conceduntur zu beyden Kunnen, ad utramque prolem, fœminas & mares, teste *Wehnero in Observat. Pract. Artic.* Fuldisch Lehen. idem indicat Diploma Henrici Ducis Brunsvicensis de anno 1433. quod habet *Schottelius de Jur. singul.* p. 49: *se sin mannes oder frouuen künne.* Apud *Otfridum* l. 1. c. 7. p. 46. est *fon kunne zi kunne*, (*m*) a generatione

k) *Quenum*, *quena*, *Otfrido* in Evangeliis, necnon Tatiano Harmoniæ Evang. c. 2. §. 5: *inti thiu quena Elizabeth*, & uxor tua Elisabeth. Teuthonistæ *Quene* est, *en alt vijf*, vetula. Anglis *queen* mulier & regina est ob præstantiam; *queana* meretrix.

l) Ut Suecis, quibus *Quinfolck* & Quinkonet vocabula generalia fœminei sexus sunt.

m) conf. *Rusticanus Terminorum: kunne*, semen, item sexus, & *Teuthonista* pluribus locis, uti de agnatis: *die van mans kunne.* Cognati, *die van vrouwen kunne hercomen. Tatianus* l. c. c. 4. §. 6. p. 9: *inti siu miltida in cunnu inti cunni inan forhtante*, & misericordia ejus a generatione in generationem timentibus eum. *Buoh cunnes*, liber generationis cap. 5. init. p. 13. Vulgus Pomeranicum hodienum dicit: Kind und Künne mitbringen,

tionein generationem. Descendit præterea ab eodem vel communi fonte Latinorum *cunnus*, (*n*) Gallorum *con*, & Germanorum vetus vox *Gunde*. *Notkerus* enim *de S. Arelefo*: *Quædam mulier nomine GVNDA femora denudare, crura divaricare & PVDENDA PROPRIO NOMINI COGNOMINA cœpit ostentare in amentiam*

 versa,

universam familiam secum ducere. vid. *Palthen. not. ad Tatian.* p. 301. Anglis *kin*, *kinred & kinsman* notant cognatum, *kind*, sexum, genus & Germanis prolem. Qua ratione Scaldis Septentrionalibus etiam vir *Gunna* nominatur. vid. *Worm. Lit. Dan.* p. 162. *Gekunni* idem est quod congenitum in Carmine Teutonico Ludovico Regi acclamato, quod *Jo. Schilterus* edidit vers. 102. p. m. 20. *Gunni* populum hominesque notat in *Hervarar Saga* c. 17.

n) Conveniunt in eo etiam Romani cum Germanis, quod idem membrum, ein Ding, sive *res* dicitur utriusque. Nam *Cicero in Philippica* 2. memoriæ traditum reliquit, Marcum Antonium, quod, *se venisse rei suæ causa*, dixerat, populum dicacem reddidisse, tanquam cunni uxoris causa venisset. Conf. *Horatius Satyr.* 2. l. 1. v. 99. seq.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla:
Plurima, quæ invideant pure apparere tibi rem.

Sic *Martialis*: O uxor!

Parce tuis dare masculanomina rebus.

verſa, cum ſcilicet Monaſterium Sancti Areleſi, quod is muliebri ſexui interdixerat, aſſumpto viri habitu intrare voluiſſet. Valeſian. p. 74. Patet inde quid ſentiendum de nomine proprio Cunigundæ. *Ruſticanus terminorum: Fud oder* F - - - (*o*) *vulva, cunna, gonna, cavea.* *Quinska* virginitas, pudicitia veteribus Septentrionalibus eſt; & *Qvinga*, nubere; *Quanfang*, matrimonium. *Loccen.* l. c.

De jure Cunnagii & Marcheta.

§. LXIV. Ex dictis penitius intelligitur jus Cunnagii apud majores noſtros uſitatiſſimum. Tribuebat hoc Principibus & omnibus dynaſtis, (qui Domini capitales in legibus dicuntur) virginalis pudicitiæ primam violationem & delibationem, cum virgines ditioni ipſorum ſubjectæ in nuptias elocarentur. *Marchetæ* etiam nomine veniebat, quaſi ab equitando. *March* enim equus eſt veteribus, *Marchwr* equiſo, *marchous*, eques

o) Hæc vox deſcendit a villo, qui Helvetiis hodienum dicitur F . . . (teſte *Pictorio* in Dictionario Helvetico) alias Zotte Germanis, unde Zotten-reiſen, eſt villum vellicare, hoc eſt, de pudendis perfricta fronte & impudenter diſſerere. Et in Ruſticano Terminorum exſtat: F . . entuchlein, cento villoſus.

Digitized by Google

eques miles. (*p*) Gallis *marcher* idem erat olim ac equitare. Crediderim ea de cauſa exoleviſſe, quod puderet voce uti, quam non modo familiaris conſuetudo ſed leges etiam publicæ in ſenſu haud ſane modeſto frequentiusque morali quam phyſico uſurpare inceperant. Idem plane fatum expertum eſt vocabulum eorum *chevaucher*. Fecit hæc gentis caſtitas ac pudor, ut nunc plane careant voce, quæ latinorum equitare & Germanorum reiten exprimat, ſed circumſcriptione opus ſit, *être à cheval*. Invaleſcente religione Chriſtiana mos ille memoratus paulatim ſublatus, concubitusque certo pretio redemtus eſt. Pluribꝰ locis certus numerus vaccarum Dynaſtæ exhibebatur loco virginum, quibus zona ſolvi debuiſſet. Inde in vetuſtis Scotorum legibus, quarum collectionem *Skenæus* publici juris fecit, ſequen-

p) vide *Davieſii Lexicon Cambro-Britannicum*. Longobardi ſtabuli præfectum propria lingua *Marpahis* appellabant, ut ſcriptum reliquit *Paulus Diaconus de rebus geſt. Longobard.* c. 9. edit. *Grot.* p. 781. Germanis vocabatur *der Marſkalk*. Ruſticanus Terminor. *Merch oder Pferdes muter*, equa. Nos hodieque dicimus eine Mähre, de equa decrepita.

Digitized by Google

quentia habentur: *Quæcunque mulier fuerit, ſive nobilis, ſive ſerva, ſive mercenaria, MARCHETA ſua erit una juvenca vel tres ſolidi; & rectum ſervientis tres denarii. Et ſi filia liberi ſit, non domini villæ, MARCHETA ſua erit una vacca vel ſex ſolidi.* Scotici Scriptores a Rege Eveno ante natum Chriſtum id juris nobilibus conceſſum perhibent, correctum autem a Milcolumbo III. qui vixit ab anno 1057. ad ann. 1093. precibusque conjugis adductus virginitatum pretia ſtatuit. *Ant. Speſſæus* in tractatu Gallico de juribus ex dominio quodam eminente competentibus, prodit Ambianenſem Epiſcopum ex eo jure trium primarum noctium ſtipendium flagitaſſe. Quod inficias it *Papebrochius in not. ad S. Foranni Abbatis Walciodorenſis in Epiſcopatu Metenſis vitam*, eum cenſum exactum repetens a ſeveriori remiſſa diſciplina Eccleſiaſtica, qua alias ſponſus & ſponſa prima nocte in virginitate jubebantur permanere. Exigit id *Concilium Carthaginenſe* IV. c. 13: *Sponſus & ſponſa cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant.* vid. *Gundlingiana* Tom. VIII. & c. 4. *qualis* c. *ſeq.* 30. q. 5. Prædiis, ut ſolebat, pluribus in ſacros uſus Epiſcopos-

Digitized by Google

ſcoposque translatis, non potuerunt non jura ſimul reditusque acquiri, quibus nobiles ante gaudebant. Hiſce vero tanquam pars dominii, quod in ſervas exercere ante poterant, debebantur. Reſtant ejusmodi reditus vectigalis pudicitiæ reliquiæ paſſim in Belgio. Anglis dicuntur *Maiden-Rents* h. e. reditus e virginitatibus provenientes. In terris Mecklenburgicis pretium unius uncialis ſive thaleri paſſim ſtatutum eſt, qui thalerus vocatur der Klauen-Thaler, credo, quod eo perſoluto virgo unguibus Dynaſtæ eripitur. Nonnullibi tempora ſolvendi ſtipendii translata ſunt. Novimus oppidum in tractu Albino, cujus incolæ mulieres nuptæ quotannis die Martini ante ſolis occaſum quatuor nummos minutos argenteos cum dimidio (4½ Pfennig) quæſtori tenentur offerre. Tabulæ publicæ eos reditus conſignant ſub rubro des Frauen-Geldes, vulgus vocat den K- - ten Zinſs. Si vetera ex præſentibus dimetiri fas eſt, lubentiſsime domini antiquiſsimi hujus regionis priſtino jure carere potuerunt, cum id habeat peculiare, ut non niſi deformes omnisque pulchritudinis expertes nunc *Dynaſtæ.*

quidem gignat. Idem juris obtinet in ditione Hamburgenſi, die vier Lande, dicta. Aliis in locis ita moribus receptum legibusque ſancitum eſt, ut defuncta demum uxore vacca vel marchetæ pretium ad dominum deferatur; equus autem mortuo hero. Nomina horum jurium variant plurimum, ſuntque das Freyrecht, Baulebung, Baulehnungs-Recht, das Haupt-Recht, jus capitale, Köhr-Recht, Budtheil, Gewandfall, Todten-Gefälle, todte Hand ꝛc. Multis locis fœminæ liberæ ſunt, maritique tantum ſtipendium ſolvunt, utpote in quorum gratiam cedit beneficium. Cælibes maxime injurii erant in dominos: antiquiſſimos enim parte voluptatum, recentiores reditibus fruſtrabant. Cui malo hoc modo obviam eundum duxerunt quorum intererat, ut lege lata ſenum in ea conditione defunctorum tota hæreditas ad ipſos devolveretur. Das Hageſtoltzen-Recht vocatur in inferioris Saxoniæ tractu, olim das Ain-ſtolt vel Agen-ſtolt-Recht, voce nunc corrupta ex ein geſtalt, ſive una eademque conditione, quam retinent, qui cælibem vitam matrimonii illecebris anteponunt. Unde cum de matrimonio

Von Hageſtoltzen.

Digitized by Google

monio ineundo ſermo, Germanis frequens uſus formulæ eſt, er will ſich verändern, eine Veränderung treffen. De virginibus etiam uſurpat Ruſticanus Terminorum: *Junckfrawen ENTERN, ir Junckfrawſchafft*, deflorare, conſtuprare. De hoc jure vid. *Hermann. Lather. de cenſ.* l. 3. c. 3. n. 38. *Beſold. Theſaur. Pract. & Schottel. de juribus quibusdam ſingular. German.*

§. LXV. Verum in viam & ad fœminas fatidicas redeundum eſt. Præter Velledam, Alriniam & Gannam habemus JETTHAM, ad Nicri fluminis ripas cultam, cui etiam collem, in quo arx Heidelbergenſis poſtea exſtructa, dicatum fuiſſe tradit *Hubertus Thomas Leodius, Heidelberg. Antiq.* p. 296: *Quo tempore Velleda virgo in Bructeris imperitabat, vetula quædam, cui nomen* JETTHA, *eum collem, ubi nunc eſt arx Heydelbergenſis, & Jetthæ collem etiam nunc nomen habet, inhabitabat: vetuſtiſſimumque fanum incolebat, cujus fragmenta adhuc nuper vidimus, dum Comes Palatinus Fridericus factus Elector egregiam domum conſtruxit, quam novam aulam appellant. Hæc mulier vaticiniis inclyta, & quo venerabilior foret, raro e fano in conſpectum hominum prodiens, volentibus conſilium ab ea* *De fœmina fatidica Jettha.*

petere, de feneſtra, non prodeunte vultu, reſpondebat. Et inter cætera prædixit, ut inconditis verſibus canebat, ſuo colli a fatis eſſe datum, ut futuris temporibus regiis viris, quos nominatim recenſebat, inhabitaretur, coleretur & ornaretur, vallisque ſub ipſa multo populo inhabitaretur, & templis celeberrimis ornaretur.

De aliis, Sifa, Thrudur.

§. LXVI. Plures fuiſſe ejusmodi vates *Tacitus* indicat. SIFAM in plaga Septentrionali vaticiniis ſuis claram nominat *Edda. Saxo* lib. 7. p. 121. peritam augurii fœminam omiſſo nomine memorat, cujus carminum tanta vis erat, ut rem quantalibet nodorum conſertione perplexam, e longinquo ſoli ſibi conſpicuam ad contactum evocare poſſe videretur. THRVDVR etiam in Dearum numerum relata perhibetur ab *Edda*, ſacerdos ſive *Druis*, ut ex nomine colligo, antea *Duri* ſive Thori.

De reliquiis gentilismi inter Chriſtianos, quod ad hanc pertinet materiam.

§. LXVII. O utinam omnes has ſuperſtitionum ſpurcitias ita depuliſſet illata gentibus noſtris Chriſtiana veritas, ut mendacii rei jure fierent, qui gentilismi reliquias & veſtigia in cœtibus Chriſtianorum detegere auderent! At quantis

tis in tenebris etiamnum verſentur non vulgi modo, ſed eorum etiam mentes, qui plus ſibi ſapere videntur, neminem extra partes conſtitutum poteſt latere.

De ſuppliciis Sagarum. Loquuntur cineres tot millium vetularum, quarum cerebrum triſte ac atro humore ſuffuſum aniles de ſagis fabulæ adeo perverterunt, ut nihil non a ſana ratione alienum ſibi viderentur ſomniare. Loquuntur martyria earum, quibus innocentibus torturæ cruciatus expreſſere, quidquid delirabant judices. (*q*) Anne hodienum ſtupidæ plebi ea inhæret perſuaſio, ut quælibet fere decrepitæ anus murmura pro ſuſurris magicis atque incantationibus habeant? Anne viſu (*r*) infan-

q) Quinque hominum genera ſunt, qui ſagas diabolicis pactis implicitas & ſupernaturalia pro lubitu peragere credunt, 1) infantes. 2) ſtulti vel ſimplices. 3) mulieres. 4) jactatores timidi, Gallice *Poltrons.* 5) melancholici aut atra bile infecti. Angliæ congratulari fas eſt, quod ab anno 1682. cruentis miſerarum ſuppliciis abſtinuit, idque eo effecit, ut nullæ amplius de iis querelæ audiantur. conf. *An Hiſtorical Eſſay concerning Witchcraft by Francis Hutchinſon. London.* 1715. 8.

De oculorum faſcino. *r*) Germani ajunt: das Kind iſt verſehen. *Adſpectu vetularum Sagarum pueruli Hectica aut*

infantes faſcinare, cum dæmonibus pacta inire, eorum concubitum perpeti, in monte Bructerorum conventus agere, lac

Pthiſis aut Marcaſmus conciliatur; lac nutricibus exſiccatur; color capitis ingens quibusdam procuratur; ſomno interdicitur ad longiſſimum tempus, corporis alacritas evaneſcit, & pulchritudo defœdatur; ſunt verba *Pauli Zachiæ in Quæſt. Medico-Legal.* l. 7. Tit. 4. *qu.* 4. n. 2. conf. *Mercurial. de morbis puer.* l. 1. c. 3. *Delrio Disquiſ. Magicar.* l. 3. P. I. *Quæſt.* 4. *ſect.* I. Conciliorum Canones id appellant HOMINES DEVORARE, ſerioque inania iſta figmenta Chriſtianorum mentibus exeſſe jubent. *Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniæ cap.* 5: *Si quis a Diabolo deceptus crediderit ſecundum morem paganorum virum aliquem aut fœminam ſtrigam eſſe, & homines comedere; & propter hoc ipſam incenderit, vel carnem ejus ad comedendum dederit, vel ipſam comederit, capitis ſententia punietur.* ap. *Labb. Tom.* VII. p. 1132. *Baluz. Tom.* I. p. 251. Medelam hiſce malis adferre conantur anilibus & blaſphemis utplurimum vetularum ipſarum benedictionibus, quas in plures Claſſes diſpeſcunt. Sunt enim Wind-Seegen, Blut-Kranckheit-Stall-Vieh-Froſt- und Wild-Seegen. Impia plane eſt Venedorum tractus Wuſtrovienſis conſecratio, qua pecora faſcino oculorum adflicta (wenn ein böß Aug beym Vieh geweſt, ut ajunt) luſtrant ſequentibus verbis:

Digitized by Google

lac auferre, (*s*) tempeſtates (*t*) concitare, futura in ſpeculo videnda præſentare,

Twee Hogen efft dij beſeen;
Dre Hogen ſcholt dy weer gut ſeen.

In namen Vaters Sohns und heilgen Geiſt. h. e. Duo oculi (hogen pro Augen, nam Venedi non ſecus ac Zelandi adſpirationem H. ſemper incongruo loco aut adjiciunt aut omittunt) faſcinaverunt te; Tres oculi (nempe S. S. Trinitatis) faſcinum ſolvent in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Id adpellant das Vieh böten, i. e. benedicere. Jam vetuſtiſſimis temporibus Matres majorum noſtrorum faſcini per viſum accuſatas fuiſſe, intelligimus ex *Plin. Hiſt. Nat.* l. 7. c. 2: *Hujus generis & fœminas in Scythia quæ vocantur Bithyæ, prodit Apollonides. Philarchus & in Ponto Thibiorum genus, multosque alios ejusdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem.* (Hodie vulgus ſagas ſtella in altero oculorum notatas credit.) *Eosdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos.* En indicium ordalii per aquam frigidam majoribus noſtris paganis jam uſitati.

s) De hoc deliramento agit *Ludovicus Imperator Capitul. Addit.* II. *Tit.* 18. ap. *Lindenbrog. Cod. Legum Antiquar.* p. 1145.

De tempeſtariis.

t) Hanc ſcientiam jam ſacerdotibus fœminis inſulæ Senæ tributam fuiſſe vidimus ex *Mela lib.* 3. c. 6. Runam etiam ſive Alrunam apud Finnos, talibus nugis famoſiſſimos, tempeſtatum

tare, (*u*) in lupos, (*w*) quos Währwolffe ad-

præſidem credi *Wexionius* indicavit. *Caroli M. Capitulare Aquisgranenſe ann.* 789. *Capit.* 63: *præcipimus, ut nec cauculatores & incantatores nec tempeſtarii - - - fiant* &c. *Baluz.* T. I. p. 235. *Capitulare ſecundum anni* 805. §. 25. DE INCANTATORIBVS ET TEMPESTARIIS &c. ibid. p. 428. *Lex Wiſigothorum* lib. 6. Tit. 2. §. 3. *Malefici & immiſſores tempeſtatum, qui quibusdam incantationibus grandinem in vineas meſſesque mittere perhibentur, & hi qui per invocationem Dæmonum mentes hominum conturbant, ſeu qui nocturna ſacrificia dæmonibus celebrant, eosque per invocationes nefarias nequiter invocant: ubicunque a judice vel actore vel procuratore loci reperti fuerint vel detecti, ducentis flagellis publice verberentur, & decalvati deformiter decem convicinas poſſeſſiones circuire cogantur inviti, ut eorum alii corrigantur exemplis.* ap. *Frid. Lindenbrog. Cod. Leg. Antiquar.* p. 124. ſeq. *Ludovici Imp. Capitul. Addit.* II. *tit.* 18: *Ferunt enim ſuis maleficiis AERA POSSE CONTVRBARE, ET GRANDINES IMMITTERE, FVTVRA PRAEDICERE, FRVCTVS ET LAC AVFERRE, aliisque dare, & innumera a talibus fieri dicuntur.* ibid. p. 1145. conf. *Capitul. Tom.* I. p. 1285. Exempla legas apud *Saxonem Grammat.* l. 1. p. 17. & l. 9. p. 173. it. l. 5. p. 71. Chriſtianum quendam Epiſcopum aqua benedicta ac quibusdam ceremoniis maris tempeſtates compeſcuiſſe legimus in *Oddi Monachi Saga om*

adpellant, verti; herbis etiam ſuis benedictio-

K. Oloff Tryggwazon Saga cap. 33. p. 125. Vulgus hodieque ira efferveſcens vetulas adpellat tempeſtarias, alte Wettermacherinnen.

u) Adpellant hoc das Cryſtallſehen, oder Cryſtallgucken.

De converſione hominum in lupos.

w) *Solinus cap.* 15: *Neuri* (gens Scythica) *ut accepimus, ſtatis temporibus in lupos transfigurantur: deinde exacto ſpatio, quod huic ſorti attributum eſt, in priſtinam faciem revertuntur.* conf. *Mela.* Apud *Saxonem lib.*5. p.96: Matrona quædam magicæ rei perita maritimæ bovis figura, prætento cornu Regem Frothonem III. adorta alterum ejus latus confodit. Quo vulnere exanimatus indebitum tantis rebus exitum habuit. Characteres, quibus in hunc finem utebantur Septentrionales, nominabant ᚠᛁᚾᚾᛁᚴᚨ, Finvika, quaſi Finnorum, quibus illud artificium notiſſimum erat, motum. Gunhilda, Erici Blodöxii uxor, Finlandica origine, in ſuſpicionem ejusmodi præſtigiarum venerat. vid. *Steph. not.* p. 43. Quas ut impoſſibiles & ridiculas condemnat *Jus Canon. cauſa* XXVI. *Quæſt.* V. c. 12. *Auguſtinus* lib. 18. *de civitate Dei cap.* 18. *Concilium Anquirenſe: Quisquis credit, poſſe aliquem transformari in aliam ſpeciem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, procul dubio infidelis eſt & pagano deterior. Plinius Hiſt. Nat.* lib. 22. c. 8: *Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui, falſum eſſe confidenter exiſti-*

dictione adhibita morbis medelam (*x*) certissimam adferre.

§. LXVIII.

mare debemus, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis comperimus. Et tamen eo vesaniæ quosdam processisse novimus, ut præsidium erroris a Sacris Literis petierint, falsaque interpretatione *Danielis cap.* 4. v. 22. & 30. It. c. 5. v. 21. Nabuchodonosorum etiam in bestiæ corpus fuisse transmutatum adsererent. Auxerunt multum ejusmodi nugas cruciatæ expeditiones medio ævo contra Saracenos susceptæ, unde reduces milites nihil non prodigiosi se vidisse credebant, aut certe credi volebant.

De collectione herbarum.

x) Helvetii hodienum incantatorem vel magum adpellant *Herberger* a collectione herbarum, quibus Druides forte vetulæque etiam utebantur innoxiis. Nam alios Medicos aliaque remedia ignorabat felix majorum simplicitas. Ea herbarum collectio arctioribus postmodum limitibus fuit circumscripta ob gliscentes ubique superstitiones. v. *Burchard. Wormat.* p. 135. *Concil. Bracarense 2. cap.* 74: *non licet in collectione herbarum medicinalium aliquas observationes vel incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino & oratione Dominica, ut Deus & Dominus noster Jesus Christus honoretur. Regino Disciplin. Eccles. §.* 367. p. 348. Dolendum autem, id ipsum, unde salus sperabatur, remedium, plus malorum Christianis moribus attulisse. Aliis locis HERBARIA dicitur,

Digitized by Google

§. LXVIII. A Matribus ſive Mair deſcendunt aniles nugæ von der Nachtmar, fœminei ſexus ſpectrum credunt ſomniantes pondere ſuo gravans, ut arctius incluſus ſpiritus ægre poſſit meare. Angli adpellant *Night-Mare*, Belgæ *Nachtmaer*, Galli *cauchemar* vel *cochemar* (mulierem vel Matrem incumbentem.) *Teuthoniſta*: *MAER eyn gedweſniſs nachts dye luyde in den ſlayp qwellende*; *Effialtes, Olphaltes, ſuccubus, incubus &c. Suercheri filius Valender patri ſuc-*

De Ephialte, Nachtmare, Alpdrucken, Drutdrucken.

quæ ex herbis ſive potionibus maleficia conficit, ideoque cum meretrice utplurimum conjungitur. vid. *Gregor. Turonenſ. Hiſt. Epitomat.* c. 56. p. 570. HERBARVM VENENA adpellat *Gregor. Tur.* l. 3. c. 9. & l. 4. c. 36. *de miraculis S. Martini: ligamina herbarum atque incantationum verba proferebat.* Alibi ligaturas, ut *Miracul.* 2. c. 45: *incantationes immurmurat, ſortes jactat, ligaturas collo ſuſpendit.* conf. *de Mir. S. Mart.* l. 1. c. 26. *Indicul. Superſt. Liptin.* §. 10. *Burchardus Wormat.* l. 19: *Feciſti ligaturas & incantationes* &c. *Enherber* inde Gallis *incantare* ſignificaſſe docet vetus Poëta:

Sous giſt le frais ſerpent en l'herbe,
Fuyez enfans, car il enherbe.

ceſſit in regno, qui in ſomno a dæmonio ſuffocatus interiit, quod genus Sueco nomine MARA dicitur, inquit *Ericus Olaus Hiſt. Suecorum Gothorumque* l. 1. p. m. 27. conf. *Jo. Meſſenii Scondia Illuſtrata* T. 1. p. 10. In *Snorronis Sturleſonii Heims-Kringla Part.* 1. quæ *Inglinga Saga* inſcribitur *cap.* 16. Wanlandus exclamat querulus, ſe ab incubo premi, *at mara* trab hann. Bene *Ruſticanus Terminorum: MARE iſt ein trugnuſſe des menſchen und kumpt von ſeynen plut, lebern und lungen, wen im das auff ſeinen hertzen ligt.* Alii appellant die Trempe a calcando & premendo, forte & coëundo, nam fila ſpermatis galli gallinacei, quæ prima in vitello vivificantur, (*y*) vocantur Hanen-Tramp. Gallos ruſticos ejusmodi dæmonium vocaſſe DIANVM notant *Meſſianus Presbyter & Stephanus Diaconus in vita Cæſarii Arelatenſis apud Surium Act. Sanctor. Tom.* IV. *ad* d. *Aug.* 27. p. 292. At corruptam eſſe hanc lectionem & ejus loco *Dæmonium Meridianum* legendum eſſe, facile probabimus; niſi malimus cre-

Trempe.

De Dæmonio meridiano.

y) teſte F. Bellinger tractatu de fœtu nutrito. Londin. 1717. 8.

credere, ab ipsis rusticis Latini sermonis haud satis gnaris in *Dianum* vel *Dianam* esse detortam. Nam in passione etiam S. Symphoriani inter *Acta Martyrum sincera*, p. 72. dicitur: *Dianam dæmonium esse meridianum sanctorum investigavit diligentia.*(z) *Meridianum* adpellabatur, quod

z) Gregor. Turon. l. 3. de Mirac. S. Martin. c. 9. *Dæmonium meridianum* vocat: *Clericus erat unius usu pedis debilis, quem, ut ipse asserebat, per incursum dæmonii meridiani perdiderat.* edit. *Ruinart.* p. 1087. De muliere obmutescente idem *lib.* 4. c. 36: *interea accedentibus ariolis ac dicentibus eam meridiani dæmonii incursum pati, ligamina herbarum atque incantationum verba proferebant.* p. 1135. conf. *Cardinalis Bona de divina Psalmodia* c. 3. §. 3. p. m. 188. seq. *Miracula S. Jovini Abbatis Ensionensis. Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelatensis* autore Florentio Presbytero Tricastiensi fere coævo, n. 27: *una de sororibus cum graviter ab infestatione meridiani dæmonis nimiam fatigationem sustineret, & corpore tremebunda nullatenus se exigere posset, divina clementia largiente aliæ fideli sorori dignatus est Dominus incordari* (inspirare) *ut ex capillis beatissimæ Matris igne supposito ureret, & in aqua munda eidem biberet daret. Quæ statim pristinam recipiens sanitatem* &c. ap. *Mabillon. Actor. Sanct. Ordinis S. Benedicti Secul.* II. p. 145.

meridie magis infestum credebatur, unde hodieque observant, ut puerperas hora meridiana non sinant esse solas, aut camera exire. (*a*) Proprie dæmonium meridianum est subita & aperta quævis morbi violenti incursio, qua quis sensuum mentisque facultate privatur. Sæpius tamen etiam pro ephialte sive incubo usurpatur. (*b*) In superiore Germaniæ tractu *plebs* eum morbum adpellat **den Alp** vel **das Alp-drucken**: aut a mole quam ipsis impositam sentiunt cum sanguis restagnat supine recumbentibus, aut a sagis & spectris montanis. ALP & ALF enim veteribus notat montem æque ac dæmonem montanum. Suecis & Anglis

Von Alpdrucken.

